capitulatio eniꝫ est duꝫ scriptura redit ad illud cuius nar/
ratio iã trãsierat: sicut cũ filios filiorũ noe scriptura cõme
morasset: dixit illos fuisse in linguis ⁊ gentibus suis: ⁊ tñ
postea q̃si hoc ẽt in hoc ordine tẽporũ regritur. Et erat ingt
omnis terra labiũ vnũ: ⁊ vox vna omnibus erat. Quomo
do ergo ſm suas gentes ⁊ ſꝫ suas linguas erant. si vna lin
gua erat omnibꝰ: nisi qr ad illud quod iam transierat re/
capitulãdo est reuersa narratio. Septia regula est de dia/
bolo ⁊ eius corpore: qr sepe dicunẽ ipsius capitis: que suo
magis conueniũt corpori: sepe vero eius vñr dicta mẽbro
rum ⁊ non nisi capiti congruũt. Ex nomine quippe corpis
intelligiẽ caput: vt est illḋ in euangelio de zizanys tritico
admixtis dicente domino. Inimicus homo hoc fecit: ho/
mineꝫ ipsuꝫ diabolũ vocans: ⁊ ex nomine corporis caput
designans. Itẽ ex nomine capitis significatur corpus: sic̃
in euangelio dicitur. Duodecim vos elegi: sed vnus ex vo
bis diabolus est: iudaꝫ vtiqꝫ iudicãs qr diaboli corpꝰ fuit.
Apostata quippe angelus oĩum caput est iniquoꝝ: ⁊ huiꝰ
capitis corpus sunt oẽs iniq: sicqꝫ cum membris suis vni
tus est: vt sepe quod corpori eius dr̃ ad eũ potius referaẽ:
rursum quod illi ad membra iteruꝫ ipsius deriuetur.

De martyrio. Cap. XXVI.

Si seruus aduersitate vlla non frangitur: sed
pro veritatis defensione vltro se certamini
offert: nec vnq̃ꝫ pro veritate diffidit. Sepe ex
discipulis ad martyriũ eligunẽ: qui suos do/
ctores ad coronã precedũt: ⁊ qui sunt ordine
postremi: fiunt nonnũq̃ꝫ in certamine primi. Uir sanctꝰ
vltro se in agone pro certamine debet offerre iustitie: sed
tamen si agonis fructum videt vberrimũ: non debet de/
clinare laboris periculum. Or si maior est labor q̃ꝫ anima
rũ lucrum: declinandus est labor quem minimũ comita
tur augmentũ. Utrũqꝫ enim fecit apostolus qui ⁊ pericu
lis se vltro dedit vbi maximũ animaꝝ lucrũ vidit: ⁊ sa/
pienter se periculo abstulit in quo potiorẽ laborem q̃ꝫ lu/
crũ esse prospexit. Ultro se Paulus apud ephesuꝫ pericu
lis obtulit: qr potius periculo lucrũ vidit. Damasci auteꝫ
ideo a periculo subtraxit semetipꝫ qr nullũ periculi ipsiꝰ
arbitratꝰ ẽ fructũ. Disce quomodo se ad martyriũ offerat
qsqꝫ vltro: vel quomodo iuxta sententiam dei cingaẽ ab
altero: ⁊ quo non vult ipse ducaẽ: nisi ꝙ ⁊ ꝓpter gloriam
futurã de certamine iustus gaudet: ⁊ propter passiõis vio
lentiaꝫ refugit subire qḋ dolet. Accipe exemplũ adeundi
sb trepidatione martyrij: de vsu bellãdi in quo exercitaẽ
qsqꝫ ĩ prelio ⁊ ꝑ audaciã certamen aggrediẽ: ⁊ ꝑ timoreꝫ
cũctatione moueẽ. Itẽ accipe exemplũ martyrij de repa
ratiõe hũani corporis ad salutẽ: dũ quisqꝫ ⁊ de spe repara
tiõis gaudet: ⁊ ḋ icisiõibꝰ seu amarissimis poculis meret.

De sanctorum miraculis. Cap. XXVII.

Et si apostolis virtus data est signorum pro/
pter fidem gentium nutriendam: ecclesie tñ
data est virtus operum propter eandem fidẽ
ornandaꝫ. Et tamẽ ĩ ipsis apostolis plus erat
mirabilis virtus operũ q̃ꝫ virtus signorum.
Ita ⁊ nũc in ecclesia plus est bene viuere q̃ꝫ signa facere.
Or nunc ecclesia non ea miracula faciat que sub aposto/
lis faciebat: ea causa est: quia tunc oportebat mundum
miraculis credere: nunc vero iam credentem oportet bo
nis operibus coruscare. Nam ideo tunc signa fiebant ex/
terius: vt interius fides roboraretur. Iam in fide miracu
la quicunqꝫ requirit: vanam gloriam vt laudetur querit.
Scriptum est enim. Lingue in signum sunt non fidelibꝰ:
sed infidelibus. Ecce signum nõ est fidelibus necessariũ
qui iam crediderunt: sed infidelibus vt cõuertantur. Nã
paulus pro non credentium infidelitate patreꝫ publij de
infirmitate febrium virtutibus curat. Infirmitatem ve/
ro timotheum fidelem: nõ oratione: sed medicinaliter tẽ/
perat: vt noueris miracula pro incredulis non pro fideli/
bus fieri. Anteq̃ꝫ antichristus appareat: virtutes ab eccle
sia ⁊ signa cessabunt: quatenus eã quasi abiectoreꝫ ꝑseq̃/
tur audacius. Ob hanc vtilitatẽ cessabũt sub antixp̃o ab
ecclesia miracula ⁊ v̄tutes: vt ꝑ hoc sanctoꝝ clareat patiẽ

tia: ꝛ reproborum qui scandaliçabuntur leuitas ostendatᷣ ꝛ persequentium audacia fortior efficiatur.

¶ De antichristo ꝛ eius signis. Cap. XXVIII.

OMnis q ẜ xpianę ꝓfessionis normã aut nõ viuit: aut aliter docet: antixp̃s est. Pleriqꝫ ãt antixp̃i tp̃a nõ visuri sunt: ꝛ tamen in mẽbris antixp̃i inuẽiẽdi sunt. Anteq̃ȝ veniat antixp̃s multa eius mẽbra pręcesserunt ꝛ prauę actionis merito caput proprium pręuenerunt ẜm apl̃i sñiam. qui iam iniquitatis mysterium operari illum affirmat etiam anteq̃ȝ reueletur. Magnitudo signorum fiet sub antixp̃o: vt electi si fieri potest in errorez mittentur. Sed si electi: q̃uo sunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in errorem titubationis ad modicũ pro multitudine ꝓdigiorum: nõ tñ deijciẽdi sunt a stabilitate sua terroꝝ ĩpulsu atqꝫ signoꝝ. Unde ꝛ ideo ponitur si fieri põt: qꝛ electi perire nõ possunt: sed cito resipiscẽtes cordis errorem religione coercebunt: scientes predictũ a dño eẽ: vt duȝ hoc fecerint aduersarij: nõ cõturbenᷣ sancti. Taȝ mira facturus est prodigia ꝛ signa dum venerit antixp̃s: vt ẽt electis quoddã cordis gignatur scrupulũ: qđ tñ cito exuperet in illis ratio: ꝑ quã scient in deceptionẽ reproboꝝ ꝛ electoꝝ probationẽ eadẽ fieri signa. In quo tẽpore per patientiaȝ gloriosi erunt sancti non per miracula: sicut martyres fuerunt priores. Illi.n. ꝛ persecutores sustinebunt: ꝛ faciẽtes prodigia. Proinde ꝛ durius bellũ sustinebũt: qꝛ nõ soluȝ contra persequentes: sed ẽt contra miraculis coruscantes dimicaturi sunt. Grauius sub antixp̃i tẽporibus cõtra ecclesiã deseuiet synagoga: q̃ȝ in ip̃o aduẽtu saluatoris xp̃ianos est persecuta. Duȝ in martyres diabolus iaȝ exercuerit crudelitatẽ magnã ẽt ligatus: crudelior erit tñ antixp̃i tp̃ibus qñ etiaȝ erit soluendus. Nã si tanta ligatus facere potuit: quãto solutus faciet? Quanto propinquiùs finem mundi diabolus videt: tanto crudeliùs persecutiones exercet: vt qꝛ se cõtinuò damnandum conspicit: socios sibi multiplicet cũ q̃bus gehẽnę ignibus addicatur. Quanto breue tp̃s videt sibi restare diabolus vt damneᷣ: tanto in magna persecutionis ira mouetur: diuina iustitia ꝑmittẽte: vt glorificentur electi: sordidentur iniqui: ꝛ vt diabolo durior crescat damnationis sententia.

¶ De resurrectione. Cap. XXIX.

INchoatio pacis sanctoꝝ est in hac vita: non perfectio. Tunc aũt erit plenitudo pacis: duȝ ad dei contemplationẽ absorta carnis infirmitate conualuerit. Resurrectio mortuorum vt apl̃us ait: in viꝝ ꝑfectũ in mensurã ętatis plenitudinis xp̃i futura est: in ętate scilicet iuuentutis quę profectu non indiget: ꝛ absqꝫ inclinatione defectus in ꝑfectione ex vtraqꝫ parte ꝛ plena est ꝛ robusta. Quis nũc filioꝝ dei noĩe homines fideles vocentur: tñ ex eo ꝙ hãc seruitutem corruptionis patiuntur: adhuc iugo seruitutis addicti sunt accepturi plenam dei filioꝝ libertatẽ: dum corruptibile hoc induerit incorruptionem. Nunc deus ꝑ speculum agnosciᷣ: in futuro aũt quisqꝫ electus facie ad faciez pręsentabitur: vt ipsam spẽm ꝯtẽpletur quã nunc ꝑ speculũ videᷣ conaᷣ. In hac vita electoꝝ nũero ad dexterã ꝑtinentiũ: ꝛ reproboꝝ q ad sinistrã ituri sunt ecclesiaȝ dei ꝯpleri: in fine aũt seculi çiçania a frumẽto desiungi.

¶ De iudicio. Cap. XXX.

IUdicij diẽ nouit xp̃s: ẜ in euangelio dicere ꝛ scire discipulos voluit. Nã dum dicat idem dominus per ꝓphetã. Dies vltionis in corde meo: indicat se nõ nescire ẜ nolle indicare. De domo dñi sicut scriptuȝ est incipit iudicium: quãdo electi.i. domus dei hic per flagella iudicantur: impij vero illic ad damnationem iudicandi sunt. Unde ꝛ sequiᷣ. Si aũt primũ a nobis: quis finis eorũ qui nõ crediderunt? Ad districti examen iudicis nec iustitia iusti secura est nisi pietate diuina: vt ꝛ ipsa iustitia q̃ q̃sqꝫ iustus est deo iustificãte iustificeᷣ. Alioquin apđ deũ ꝛ ipsa peccatũ est. Inde est qđ ait iob. Innocentẽ ꝛ impiũ ipse cõsumet. Cõsumiᷣ q̃ppe a deo innoxius: qñ ipsa ĩnocentia liq̃dius req̃sita ꝛ diuinę ĩnocentię cõparata nihil efficiᷣ nisi ꝛ ibi misericordię pietate hõ iustificeᷣ. Cõsumiᷣ itẽ a deo impius: qñ examinis diuini subtilitate req̃riᷣ eiusqꝫ detecta ĩpietas iudicata damnaᷣ. Cõsumiᷣ ĩnoxius ꝛ ĩpius sil' fine carnis: nõ pęna dãnationis. Doct⁹ pariter ꝛ ĩdoct⁹ moriunᷣ: sed morte carnis: nõ pęna damnationis. Oĩa ãt pergunt ad vnũ locũ: dũ morte corporali in terrã ꝛ iustus ꝛ ĩpius reuertunᷣ. Retributio aũt dissimilis sicuti ꝑ eundẽ salomonẽ dr̃. Quid pl̃s hȝ sapiẽs a stulto: nisi ꝙ illuc ꝑgit vbi vita est? Ergo oẽs ĩ terrã pariter redeũt. Naȝ vbi vita est nõ pariter pergũt. Gemina puniᷣ sẽtẽtia ĩpius: dũ aut hic pro suis meritis mẽtis cęcitate ꝑcutiᷣ ne veritatẽ videat: aut dũ in fine dãnabiᷣ vt debitas pęnas exoluat. Geminũ est diuinũ iudiciũ. vnũ quo ꝛ hic iudicanᷣ hoĩes ꝛ in futuro: alteꝝ quo ꝓpterea hic iudicanᷣ ne illic dãnentur. Ideoqꝫ q̃busdã ad purgationẽ tp̃alis ꝓficit pęna: quibusdã v̾o hic inchoat dãnatio ꝛ illic ꝑfecta speraᷣ ꝑditio. In iudicio reprobi hũanitatẽ xp̃i in q̃ iudicat⁹ ẽ videbũt vt doleant: diuinitatẽ v̾o eius nõ videbunt ne gaudeant. Quib⁹.n. diuinitas ostẽdiᷣ: vtiqꝫ ad gaudiũ demõstraᷣ. Pro diuersitate cõscientiaꝝ ꝛ mitis apparebit in iudicio xp̃s electis: ꝛ terribilis reprobis. Nã qualez q̃sqꝫ ꝯsciam tulerit: talẽ ꝛ iudicẽ habebit: vt manente in sua trãq̃llitate xp̃o: illis solis terribilis appareat quos ꝯscia in malis accusat. Duę sunt differentię vel ordines hoĩuȝ in iudicio hoc est electoꝝ ꝛ reproboꝝ. q tamẽ diuidunᷣ ĩ quattuor. Perfectoꝝ ordo vnus est qui cuȝ dño iudicat: ꝛ alius qui iudicaᷣ: vtriqꝫ tamẽ cum xp̃o regnabũt. Silr̃ ordo reproborum partitur in duobus: dum iniqui intra ecclesiã sũt mali iudicandi sunt ꝛ damnandi: qui vero extra ecclesiã inueniendi sunt non sunt iudicandi: sed tantuȝ dãnandi. Primus igitur ordo eorum qui iudicantur ꝛ pereunt: opponitur illi ordini bonorum de quo sunt qui iudicantur ꝛ regnãt. Secundus ordo eorum qui non iudicantur ꝛ pereunt: opponitur illi ordini perfectorum: in quo sunt hi q non iudicantur ꝛ regnãt. Tertius ordo eorum qui iudicãtur ꝛ regnãt illi ordini est contrarius de quo sunt qui iudicantur ꝛ pereunt. Quartus ordo eorum qui non iudicantur ꝛ regnãt: opponitur illi contrario ordini in quo illi sunt qui non iudicantur ꝛ pereunt.

¶ De gehenna. Cap. XXXI.

DUplex damnatorũ pęna est in gehenna: quoꝝ ꝛ mentem vrit tristicia: ꝛ corpus flamma iusta vicissitudine: vt qui mẽte tractauerunt qđ perficerent corpore: simul ꝛ animo puniantur ꝛ corpore. Ignem gehennę ad aliquid lumen habere ꝛ ad aliquid non habere: hoc est habere lumen ad damnationem vt videant impij vnde doleant: ꝛ non habere ad consolationem: ne videant vnde gaudeant. Apta fit comparatio de camino trium puerorum ad exempluȝ ignis gehennę. Nam sicut ille ignis non arsit ad trium puerorum supplicium: ꝛ arsit ad comburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehennę ꝛ lucebit miseris ad augumentum pęnarum: vt videant vnde doleant: ꝛ non lucebit ad consolationem: ne videant vnde gaudeant. Inter huius vitę ꝛ futurę infęlicitatis miseriam multa discretio est. Illic enim ꝛ miseria est propter cruciationem dolorum: ꝛ tenebrę propter lucis auersionem: quorum vnum in hac vita.i. miseria est: aliud non est: in inferno autem vtrunqꝫ est.

De penis impioꝝ. Cap. XXXII.

Sicut faſciculi lignoꝝ ad cõbuſtionẽ de ſimilibus colligantur: ita in iudicij die ſimilis culpe rei ſuis ſimilibus iungẽtur: vt ex equo pena cõſtringat q̃ſi in faſciculũ: quos actio ſimiles fecit in malũ. Sicut vnuſq̄ſq3 ſanctus in futuro iudicio pro quãtitate virtutuz glorificabitur: ita ⁊ vnuſquiſq3 impius pro quãtitate facinoꝝ condẽnabitur: nec deerit ĩ ſupplicio futuro damnationis oꝛdo: ſed iuxta qualitatem criminum diſcretio erit penarum propheta firmante. De charoꝝ quoq3 ſuoꝝ ſupplicijs addit̃ etiã pena defunctis: ſicut apud inferos diuitis ſ̃mo p̃dicat euãgelicus: ſicut pro augendo iude ſupplicio dicit ẽt pſalmus. Cõmotione moueant̃ filij eius ⁊ mendicẽt. Impij ex hoc duriꝰ ĩ iudicio puniẽdi ſũt mẽtis doloꝛe: ex q̃ viſuri ſunt iuſtos: glorie beatitudinẽ meruiſſe. Cunctis videntibꝰ eſt p̃cipitandus diabolus: qñ ſub aſpectu oĩuz bonoꝝ angeloꝝ ⁊ hoĩuz cũ eis q de pte eiꝰ erunt in ignem eternũ mittẽdus eſt. Dũ ſublatus fuerit diabolus vt damnet̃. multi electi q in coꝛpe ſunt inuemẽdi dño ad iudiciũ veniente metu ꝯcutiendi ſunt: videntes tali ſnĩa impiũ eſſe punitũ: quo terroꝛe purgandi ſunt: q2 ſi qd eis ex coꝛpe adhuc peccati remãſerit: metu ip̃o quo diabolũ dãnari ꝯſpiciunt purgabunt̃. Hinc eſt qd̕ ait iob. Cũ ſublatus fuerit timebunt angeli ⁊ territi purgabunt̃. Multos poſſe perire ex eis in die iudicij: q nũc electi eẽ vĩr ⁊ ſancti: dicente propheta. Uocabit dñs iudiciũ ad ignez ⁊ deuoꝛabit abyſſuz multã ⁊ comedet partẽ domus. Pars quippe domus deuoꝛabit̃: q2 illos ẽt ĩfernus abſoꝛbebit q nũc ſe in p̃ceptis celeſtibus glorianẗ: de qbus dñs dicit. Multi dicent mihi in illa die. Dñe dñe nonne in nomĩe tuo ꝓphetauimꝰ: ⁊ in noĩe tuo demonia eiecimꝰ: ⁊ v̓tutes multas fecimus: Tunc ꝯfitebor illis: q2 nunq̃ noui vos. Diſcedite a me q operamini iniquitatẽ: neſcio qui eſtis.

De gloria ſanctoꝝ. Cap. XXXIII.

Non faciet in futurũ coꝛ miſerũ iuſtoꝝ ex ꝯpaſſione damnatoꝝ cõdolẽdi affectio. vbi tm̃ erit ſanctoꝝ de dei cõtemplatione gaudiuz: vt triſticie nullus tribuat̃ introitꝰ. Sicut cõparatus coloꝛ candidus nigro coloꝛi fit pulchꝛioꝛ: ita ⁊ ſanctoꝝ reges cõparata dãnatiõi maloꝝ glioſoꝛ erit. Sic iuſtitia iniuſtitie: ſic virtus vitio. Creſcit g̃ ſanctoꝝ gloria: dũ debita damnant̃ ĩpij pena. Poſt reſurrectionẽ ſanctis ĩ carne ꝓmiſſa eſt celoꝝ aſcẽſio: dicẽte ad patrẽ xp̃o. Uolo vt vbi ſum ego: ⁊ ipſi ſint mecũ. Si enim membꝛa capitis ſumus: ⁊ vnus in ſe: ⁊ in nobis eſt chꝛiſtus: vtiq3 vbi ipſe aſcendit: ⁊ nos aſcenſuri ſumus.

Finit liber primus de ſummo bono ſancti Iſidoꝛi Iſpalenſis epiſcopi.

Incipit liber eiuſdem ſecundus.

De ſapientia. Cap. primum.

Omnis qui ſcd̕m deuz ſapiens eſt: beatus eſt. Beata vita cognitio diuinitatis eſt. Cognitio diuinitatis v̓tus boni opis eſt. Uirtus boni opis fructus eternitatis eſt. Nl̕s aũt magis ſapiẽs q̃ quẽ docuerit deus. Excelſioꝛ eſt rebꝰ oĩbus ſapĩa: nec eſſe põt vlla iuſtitia ſine prudẽtia. Qui ſ̃3 ſcl̕m ſapiens eſt: ſ̃m deũ ſtultus eſt. Unde ⁊ ꝓpheta. Stultus inquit factus eſt oĩs homo a ſcientia ſua. Primum eſt ſcientie ſtudiũ: querere deuz: deinde honeſtatem vite cum innocentie opere. Nullus ſapientiam dei plene recipit: niſi qui ſe ab omni abſtrahere actionum cura contendit. Unde ⁊ ſcriptũ eſt. Sapĩa3 ſcribe in tempoꝛe ocij: ⁊ qui minoꝛatur actu ipſe p̃cipiet eam. Non ad parue intelligentie arcem peruenit: qui ſcit ſecreta dei ſe penetrare non poſſe. Tunc aũt deũ recte cognoſcimus quando eũ perfecte ſcire nõ denegamus. Interdum quedã neſcire ꝯuenit. Nullus autẽ in culpa maioꝛ eſt: q̃ ille qui deuz neſcit. Inueſtigationẽ veri multorum eſt querere: ſed paucoꝝ eſt inuenire. Ea ãt que ſupꝛa hominis intelligentia3 ſunt: ſcrutanda nõ ſunt. Quicqd ſupꝛa hominis intellectum eſt: querenduz nõ eſt. Cõſilio autẽ diuino ſeruandum eſt: vt hoc credatur eſſe iuſtitia: quod diuine placuerit voluntati. Non enim poterit eſſe iniuſtum: quod iuſto complacet iudici. Omnis ſapientia ex ſcientia ⁊ opinatione conſiſtit: melioꝛ eſt aũt ex ſciẽtia veniens q̃ ex opinatione ſententia. Na3 illa vera eſt: iſta dubia. Ad maioꝛis culpe cumulũ ꝑtinet ſcire queq̃ quod ſequi debeat: ⁊ ſequi nolle quod ſciat. Unde ⁊ dominus: ſeruus inquit ſciens voluntatem domini ſui ⁊ non faciẽs digne plagis vapulabit multis. Et iacobus. Scienti inq̄t bonum ⁊ non facienti peccatuz eſt. Simplicitatẽ cũ ignauia vocari ſtulticiam. ſimplicitatem vero cuz prudentia vocari ſapientia3. Utile eſt multa ſcire ⁊ recte viuere. Oꝛ ſi vtrunq3 non valemus: melius eſt vt bene viuendi ſtudium q̃ multa ſciendi ſequamur. Non pertinere ad beatitudinẽ ꝯſequendam ſcientiam rerũ: nec eſſe beatũ multa ſcire: ſed eſſe magnuz beate viuere. Nihil prodeſſe hominem ſcire prudentiam cũ ignoꝛantia dei. ⁊ nihil obeſſe ſcientibus deum ignoꝛantiam mundi. Perfecte autẽ ſcit qui prius deum: ⁊ iſta non ꝓ ſe: ſed pro deo ſcit. Nihil obeſſe cuiq̃ ſi per ſimplicitate3 aliqua de elemẽtis indigne ſentiat: dummodo de deo vera pronunciet. Nã q̃uis de incoꝛpoꝛeis coꝛpoꝛeiſq3 naturis nequeat q̄ſq3 diſputare: beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

De fide. Cap. II.

Non poſſe ad veram beatitudinem peruenire niſi per fidem. Beatũ autem eſſe: qui ⁊ recte credendo bene viuit: ⁊ bene viuendo fidem rectam cuſtodit. Deus ſi creditur: merito inuocatur ⁊ queritur: ac per hoc tunc perfecte laudatur: quando inuocatur ⁊ creditur. Non tantum id credendum eſt quod ſenſu carnis dinoſcimus: ſed magis etiam quod intellectu mentis conſpicimus. i. deu3. Sine fide nemo poteſt placere deo. Omne. n. quod non eſt ex fide peccatum eſt. Fides nequaq̃ vi extoꝛquetur: ſed rõne atq3 exemplis ſuadetur. A quibus autem exigitur violenter pſeuerare in eis nõ põt exẽplo vt ait qdam nouelle arboꝛis: cuius ſi quis cacumen violẽter ipꝛeſſerit ⁊ demũ dum laxatur in id quod fuerat confeſti3 reuertit̃. Sic hõ libero arbitrio conditus ſua ſponte diuertit a deo: ita ex ꝓpꝛia mentis conuerſione credẽdo recurrit ad deum: vt libertas agnoſcat̃ arbitrij per propꝛiã volũtatẽ: ⁊ beneficiuz gr̃e per acceptã fidei veritatẽ. In coꝛde reſpicit deus fidem: vbi ſe non poſſunt hoĩes excuſare: qui oꝛe ſimulãt veritatis profeſſionẽ: ⁊ coꝛde retentant erroꝛis ĩpietatem. Sicut nihil ꝓficit fides q̃ oꝛe retinet̃: ⁊ coꝛde nõ credit̃: ita nihil profutura ẽ fides q̃ coꝛde tenetur ſi oꝛe nõ ꝓfiteatur. De tali. n. fide ꝓpheta ita quoſdã obiurgat dicẽs. Perijt fides: ablata ẽ de oꝛe eoꝝ. Fides. n. q̃ coꝛde credit̃: ꝯfeſſiõe oꝛis ad ſalutẽ ꝓfert̃. Uacuã eẽ ſine opibꝰ fidẽ: ⁊ fruſtra ſibi de ſola fide blandit̃: q bonis opibꝰ nõ oꝛnat̃. Qui crucẽ poꝛtat: d3 ⁊ mũdo moꝛi. Nã ferre crucẽ ⁊ moꝛi moꝛtificare ſeip̃3 ẽ: ferre ⁊ nõ moꝛi ſimulatio hypocritaꝝ

est. Qui per fidē cognitionē dei hñt ⁊ operibus obscurātur. exēplum balaam sequuntur q cadens opere apertos oculos habuit per contemplationis fidez. Carnales fidē non pro virtute animi. sed pro cōmodo querere tempali. Unde ⁊ dominus dicit. Queritis me nō qȥ vidistis signa: sed qȥ manducastis de panibus meis. Christianus malus dum ſm euangelij doctrinam non viuit: etiam ipsaȥ fidē quā vbo colit oborta tētatiōe facile pdit. Multi fide tm̄ xpiani sunt. ope vo a xpiana doctrina dissentiunt. Multi quoqȥ fidē xpi ex corde non amāt. sed hūano terrore eandem p hypocrisiȥ tenere se simulāt. Et q esse nō pñt aperte mali p terrorē ficte boni noscūt. Amatores mūdi repugnāt aliqñ p fide ⁊ alijs qdē pficiunt. ipsi vo amore terreno iplicati celestia nō regrunt: sȥ vbo tm̄ fidē defendunt. Quidā p fide ēt hereticos insequunt. sȥ p arrogantiā eos q intra ecclīā sunt ɔtēnūt. Aduersarios qdē fidei cōfutāt pro infidelitate. sed fideles premunt fasce superbie.

De charitate. Cap. III.

Quamuis nōnulli fide atqȥ opibus sanctis esse videantur participes: tñ qȥ puant charitate fraterne dilectionis: nullū hñt incrementum vtutis. Nā sicut ait aplus. Si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā charitatem aūt nō habuero nihil mihi pdest. Sine amore ⁊ charitate q̄uis quisqȥ recte credat: ad beatitudinem peruenire nō potest. qȥ tanta est charitatis virtus: vt etiaȥ pphetia ⁊ martyriuȥ sine illa nihil esse credantur. Nullū premiuȥ charitatis pensatur. Charitas. n. vtutū oium obtinet pncipatū. Uñ ⁊ vinculū pfectionis charitas ab aplo dicit: eo q vniuerse vtutes eius vinculo religent. Dilectio dei morti ɔparat: dicēte salomōe. Ualida ē vt mors dilectio. iccirco qȥ sic mors violenter separat aīam a corpore: ita ⁊ dilectio dei violenter segregat hoieȥ a mundano ⁊ carnali amore. Qui dei pcepta ɔtēnit: deuȥ nō diligit. Neqȥ. n. regem diligimus: si odio leges eius habem⁹. Tenēda est cū sanctis viris vnitas charitatis. ⁊ q̄to se qsqȥ subtrahit mundo: tāto opus est vt se associet bonoꝝ ɔsortio. Charitas in dilectiōe dei ⁊ pximi ɔstat. Seruat āt in se dilectionē dei q a charitate nō diuidit proximi. Qui a fraterna societate secernit a diuine charitatis participatione priuat. Nec poterit deū diligere q noscit i pximi dilectiōe errare. Xps deus est ⁊ hō. Totū g̊ xpm nō diligit q hoiem odit. Bonoꝝ discretio est nō odire psonas: sed culpas: ⁊ recta dicta pro falsis nō spernere: sed pbare. Qui imperfecti sunt in dei amore sepe se a vitijs separare disponunt: sȥ pondere vitioꝝ grauati: rursus ad ea vitia que optant relinquere reuoluūtur.

De spe. Cap. IIII

Qui male agere non desistunt. vana spe indulgentiam de dei pietate regrunt. Quam recte quererent: si ab actione praua cessarent. Metuendū valde est vt neqȥ p spem venie quaȥ pmittit deus pseueranter peccemus. neqȥ qȥ iuste peccata distringit veniam desperemus. sed vtroqȥ periculo euitato ⁊ a malo declinemus ⁊ de pietate dei veniam speremus. Omnis quippe iustus spe ⁊ formidine nitet. qȥ nunc illum ad gaudium spes erigit nunc ad formidinem terror gehenne adducit.

De gratia. Cap. V.

Interdum peccantibus nobis deus dona sua non retrahit. vt ad spem diuine propitiatiōis mens humana consurgat. Nam non potest cōuersum spernere: qui peccantē suis beneficijs prouocat ad se redire. Confessionem hoīs nō esse humane virtutis. Nam si confessionem boni operis non in nobis deus operatur. cur per prophetam dicitur: confessio ⁊ magnificentia opus eius: Ab illo. n. nobis oia bona gra preueniente donant. Nā nihil boni opis dedimus p qd ɔfessionē fidei accipe meremur. Profect⁹ hoīs donum dei est. Nec a se pōt quisq̄ȥ. sȥ a dño corrigi. Nō. n. quicq̄ȥ boni hȥ ppriū hō: cuius via nō est eius: testante ppheta. Scio dñe qȥ nō est hoīs via eius: nec viri est vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos. Sciant liberi arbitrij defensores nihil posse hoies in bonū sua pualere vtute: nisi diuine gratie sustentent iuuamine. Uñ ⁊ per pphetā dñs dic. Perditio tua israel. tm̄ in me auxiliū tuum: q̄si diceret: vt pereas tuo merito. vt salueris meo auxilio. Hoīs meritū superna gratia. non vt veniat inuenit. sȥ postq̄ȥ venerit facit: atqȥ ad indignā mentē veniens facit in ea meritū qd remuneret: q̄ solū inuenerat qd puniret. Quid. n. ex se ille latro meruit q de faucibus iferni crucē ascendit: de cruce paradisuȥ adijt: Reus qdē ille ⁊ fraterno sanguine venit cruentus: sȥ diuina gra in cruce mutat⁹. Sciendū q ⁊ nra sit iustitia i his q̄ recte agimus: ⁊ dei gratia eo q eā meremur. Hec. n. ⁊ dantis dei ⁊ accipiētis est hoīs. sicut ⁊ panē nostrū dicimus. quē tñ a deo accipere postulamus. Spiritalis gratia nō hoibus distribuitur. sȥ tantūmodo electis donat. Nō. n. oiuȥ est fides quā qdē ⁊ si plurimi suscipiūt opus tñ fidei non ɔsequunt. In diuisione donorū diuersi pcipiunt diuersa dei munera: nō tñ ɔceduntur vni oia: vt sit pro humilitatis studio q alter adiuuet in altero. Nā q i ezechiele aialium ale altera ad alterā pcutiunt vtutes designant sanctoꝝ: mutuo sese affectu puocantiū: atqȥ alterno exēplo inuicē sese erudiētiū. Munera gratiaꝝ alia isti: alia vo donant illi. Nec dant ita habere vni: vt non egeat alteri⁹. Posse fieri non ē dubiū: vt hi quos qdā virtutū excellentia antecedunt: dei repentina pueniti gratia: quosdā cōpendio sanctitatis pueniāt. ⁊ dū sint ɔuersione postremi. subito efficiunt vtutis culmine primi. Dū qsqȥ aliqd donū accipit. non appetat amplius q̄ȥ qd meruit. ne dū alterius mēbri offm̄ arripere tētat: id qd meruit pdat. Conturbat. n. corporis ordinē totū q nō suo ɔtent⁹ officio subripit alienū. Mali dona iō ad damnationē accipiunt qȥ illis non ad dei laudē sȥ ad suā vanitatē vtunt. Bonis male vtunt q ea q̄ a deo illis donata sunt. in malos vsus assumunt sicut ingeniū: sic ⁊ cetera dei dona. Multis dei donis gaudem⁹ q̄ nos ab eo pcepisse cognoscimus. Nā qd sapientes sumus: q diuites: q potētes existimus: nō alterius: sȥ poti⁹ diuino mūere sumus. Utamur g̊ optime diuinis bñficijs. quaten⁹ ⁊ deū non peniteat dedisse: ⁊ nobis accepisse sit vtile. Sicut auferre de⁹ dr hoi donū aliqd qd hō nō habuit id est qd accipe nō meruit. sic ⁊ obdurare dr deus hoiem nō eius faciendo duriciā. sȥ nō auferēdo eaȥ quā sibi ipse nutriuit. Nō aliter ⁊ obcecare dr quosdā de⁹ nō vt in eis eandē ipse cecitatē faciat. sȥ q p eoꝝ inutilibus meritis cecitatē eoꝝ ab eis ipse nō auferat. Plerisqȥ dei dona dant: pseuerantia vo doni nō datur. Et ide est q qdā pncipia hñt ɔuersiōis bona: fine vo malo clauduntur. Electi vo ⁊ ɔuersionis dona accipiunt ⁊ pseuerantiā doni. Ea ergo cā est q qdā ⁊ bñ incipiunt ⁊ bene finiunt.

De predestinatione. Cap. VI.

Gemina est predestinatio: siue electorum ad requiem: siue reproboꝝ ad mortem. Utraqȥ agit diuino iudicio vt semper electos superna ⁊ interiora seq faciat: semperqȥ reprobos vt infima ⁊ exteriora delectentur deferēdo permittat. Sicut ignorat hō terminum lucis ⁊ tenebrarum vel vtriusqȥ rei quis finis sit: ita plenius nescit quis ante suum finem luce iustitie preueniatur. vel quis peccatorum tenebris vsqȥ in suum terminū obscuret. aut quis post lapsuȥ tenebraꝝ ɔuersus resurgat ad lucē. Cūcta hec deo patēt: hoibus vo latēt. Cuius iustoꝝ ɔuersatio in hac vita pbabilis sit: incertū tamen hoibus esse ad queȥ sint

finem:

finē pdestinati sed oīa reseruari futuro examini. Mira dispositio est superne distributiōis p quā hic iustus amplius iustificat: ipius ampli⁹ sordidat. malus ad bonū aliqn̄ cōuertit: ꝛ bonus ad malū aliqn̄ reflectit. Uult qs eē bon⁹ ꝛ nō valet: vult alter eē mal⁹ ꝛ nō pmittit iterire. Dat ei q̄ sit mal⁹ q vult eē bon⁹. alius nec vult nec dat ei vt sit bonus. Iste nascit i errore ꝛ morit: ille i bono quo cępit vsq; ad finē pdurat. Tādiu i bono iste stat quousq; cadat: ille male diu viuēdo i fine saluat respectusq; cōuertit. Uult pdesse i bono iustus: nec p̄ualet. vult nocere malus ꝛ p̄ualet. Iste vult deo vacare: sz seculo ipedit. ille negocijs ipli cari cupit nec pficit. Dominat malus bono: bon⁹ damnat p impio. ipius honorat p iusto. Et in hac tāta obscuritate nō valet homo diuinam scrutari dispōnem: ꝛ occultuz p̄destinationis perpendere ordinem.

Ⅽ De conuersis. Cap. VII.

Non inchoātibus p̄miū pmittit: sz pseuerantib⁹. Scriptū ē.n. Qui pseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. Tūc.n. placet deo nr̄a cōuersio: qn̄ bo^m qd̄ ichoam⁹ pseuerāti fine ꝯplem⁹. Nā sicut scriptū est. Ue his qui sustinētiaz pdiderunt: idest opus bonum non consumauerūt. Indulgentia peccatoꝝ sciendum vbi quādo vel qualib⁹ dat. Ubi quippe nisi intra ecclīam catholicā: Quando nisi ante venturi exitus diem: Quia ecce nūc tēpus acceptabile. ecce nūc dies salutis. Qualibus nisi cōuersis: q per humilitatē ad paruuloꝝ trāseunt imitationē: de qbus dr̄. Taliū est.n. regnū celoꝝ. Nemo perpēdere pōt q̄ti sit pōderis iniustitia vel quāti fulgoris radio iustitia clareat: nisi qui prius toto mētis nisu cōuertat ad deū. qtatēus ipo lumie quo illustratur: ꝛ suā fęlicitatē agnoscat: ꝛ lumē qd̄ cęco corde nō itue batur itelligat. Tūc aūt inattigibilē itelligi posse iustitiā. dum eam quisq; sequi conuersus tentauerit q̄z lux non intelligitur nisi cū videt. Judiciū qd̄ in hoīs potestate cōsistit conuersionis est gratia p quā nosmetipos iudicam⁹ qn̄ flentes mala nostra punimus: ꝛ bono quod ex deo nobis ē solidius inhęrem⁹. Tripartitus describitur eē vniuscuiusq; conuersi profectus: id est primus corrigendi a malo. secundus faciendi bonum. tertius cōsequēdi boni operis p̄mium. Nam quod ait ppheta. Solue fasciculos deprimētes: mali est emendatio: quod vero adiecit. Frāge esuriēti panem tuum. operis boni est actio. In eo vero qd̄ subiungit: tunc erumpet quasi mane lumen tuum: operis boni ē retributio. Ergo nō pficit facere bonū: nisi correctū fuerit malū. Nec poterit quisq̄ ad cōtēplationē dei proficere: nisi se prius in bonis studuerit actib⁹ exercere. Multis modis terret de⁹ hoīes: vt vel sero cōuertantur: atq; exinde magis erubescant: q̄ tandiu expectati sunt vt redirēt. Nā nūc minis: nūc plagis: nūc reuelationibus quosdam concutit: vt qui volūtate conuerti despiciunt: commoti terroribus corrigantur. Pleriq; ex sola mentis deuotione conuertuntur ad deum. nōnulli vero coacti plagis conuertuntur qui ex deuotiōe nō cōuertebant. Juxta capitulū psalmi dicētis. In fręno ꝛ chamo maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Pleriq; aūt dum deuotione nō conuertunt: plagę stimulis feriunt: qui tamen nec sub verbere sentiūt vt aliquatenus corrigant: sicut egypt⁹ cui ꝛ pęnas dedit ꝛ emēdare nequit. De talib⁹.n. ait pphetá. Percussisti eos ꝛ nō doluerūt. attriuisti eos ꝛ nō renuerūt suscipere disciplinā. Nōnulli viri seculares elatione mentis tumentes: postmodū conuersi ad deuz religiosa sequūtur obediētia xp̄m. ꝛ qui antea celsitudine mūdiali tumebant: potesta ipsam elationē in studio humilitatis cōmutant. Quidā sunt q iam secrete conuersi sunt: quorū cōuersio q̄z nō pcedit ad publicū: apud existimationē humanā quales fuerūt tales adhuc esse putant. iaz tn̄ in dei oculis surrexerūt. Itē qdā adhuc hūano iudicio stare cernūtur: iam tn̄ in oculis dei ceciderūt. Multi apud hoīes reprobi sunt: ꝛ apud deū electi: atq; itē multi apud hoīes electi putant: ꝛ apud deū reprobi existunt Salomone dicēte. Uidi ingt ipios sepultos q cū adhuc viuerēt in loco scō erant ꝛ laudabant i ciuitate quasi iustoꝝ opeꝝ. Nullus g̊ se putet electū: ne forte iam apud deum sit reprobus.

Ⅽ De primordijs cōuersoꝝ. Cap. VIII.

PRimodū gen⁹ ē cōuersiōis ad deū: inchoationis cū dulcedine: medietatis cū labore: perfectiōis cū requie. Sz tn̄ plerūq; alij icipiunt a dulcedie. alij a tētationū amaritudine. oīs cōuersus an̄ ex fletu ichoet pcōꝝ: ꝛ sic transeat ad desideriū supnoꝝ. p̄us.n. lachrymis purgāda sūt vitia q̄ gessimus ꝛ tūc mūdata mētis acie id qd̄ querim⁹ mētis gaudio cōtēplemur: vt dū antea flendo peccati a nobis caligo detergit: mūdatis cordis oculis libere supna ispiciantur. An̄ necesse ē timore cōuerti ad deū. vt metu futurarū pęnaꝝ carnales illecebrę deuicāt. Deide oz abiecto timore ad amorē vitę ęternę trāsire. Perfecta eniz charitas foras mittit timorē. q aūt timet: pęnā hz: ꝛ nō est pfectus. vn̄ ꝛ apostolus. Nō eni iquit accepistis spūm seruitutis iteꝝ i timore: sz accepistis spūm adoptiōis: p quē. s. iā nō peccati pęna seruos cōprimit: sed amor iustitię liberos reddit. necesse ē oī cōuerso vt post timorē cōsurgere ad charitatem dei debeat quasi filius: ne sp sub timore iaceat q̄si seruus. tūc eni amorē nostrę cōuersionis oñdimus si denuo vt patrē diligim⁹ quē p̄us seruili mēte vere vt dominū formidabamus. Primordia cōuersorū blādis refouēda sūt modis. ne si ab asperitate icipiāt exterriti: ad p̄ores lapsus recurrant. Qui eniz cōuersū sine lenitate erudit exasperare potius q̄ corrigere nouit. Cōuersus qsq; antea ab ope corriged⁹ ē: postea v̄o a cogitatiōe vt p̄us refręnet prauū actū deinde appetitū ac delictū: vt qd̄ iam in ope nō apparet i cogitatiōe nequaq̄ pduret. oīs noua conuersio adhuc pristinę vitę hz cōmixtionē. pptera nequaq̄ ea v̄tus pcedere ad hoīuz oculos dz: donec ꝯuersatio vetus funditus ab aīo extirpet. Quisqs ex deteriore iam melior esse cępit: caueat de acceptis extolli v̄tutibus: ne graui⁹ p vanā gloriā corruat q̄ p̄us cū per lapsum vicioꝝ iacebat.

Ⅽ De conflictu conuersoꝝ. Cap. IX.

Quisq; conuersus si mox oēs carnis stimulos calcare cupiat: ꝛ sūma virtutū subire cōtēdat: si adhuc forte aliq̄ aduersa d̄ carnis molestijs tolerat. nō frangat: q̄z dispensator bonoꝝ nouit aduersitates reprimere vitioꝝ successione virtutū. Tūc magis grauari se qsq; ipulsu vitiorūz agnoscit dum ad cognitionē dei accesserit: sicut populus israel grauiori onere ab egyptijs premitur: dum per moysen diuina illi cognitio aperitur. Uicia enim ante cōuersionem q̄si pacem in homine habent. quando autem expelluntur acriori virtute consurgunt. Fiunt aūt inimica conuerso q̄ peccatori pspere blandiebant: atq; item fiunt blanda conuerso q̄ peccatori aduersa extiterūt. Multos hz cōflictus dei seruus ex recordatiōe opeꝝ p̄teritoꝝ. multiq; post cōuersionē etiam nolētes motum libidinis sustinēt. Qd̄ tn̄ ad dānationē non tolerant: sed ad pbationē. s. vt semp habeāt p excutiēda inertia hostē cui resistāt: dūmodo nō cōsentiant. Unde ꝛ nouerint serui dei se etiā a peccatis iā eē mūdatos: sed tn̄ cogitationū turpiū adhuc iterpellatione pulsari. An̄ cōuersionē p̄cedit turba peccatoꝝ: post ꝯuersionem sequit turba tētationū. Illa se obijciūt ne ad deum ꝯuertamur. ista se ingerūt ne liberi⁹ cordis oculis deū cernam⁹. Utriusq; tumultus insolētiā nob gignit: intentio

neqꝫ nostraꝫ sepe fraude multimoda intercludit: vtile ē dei
suo post conuersionē tētari quaten⁹ a tepore negligētie sollici
tātib⁹ vitys ad virtutes aīum p exercitiū pparet meritoꝝ.

¶ De remissa cōuersione. Cap. X.

Multos remissa cōuersio i pristinos errores redu
cit: ac viuēdi tpe resoluit. hoꝝ ḡ exēpla q̄sqꝫ cō
uersus caueat: ne dū timorē dei a tepore icipis rur
sus mūdanis errorib⁹ imergat. Tepidus i cō
uersiōe ociosa vba et vanas cogitatiōes noxias
eē nō cōspicit. Qr si a torpe mēti euigilauerit. ea q̄ leuia exi
stimabat: cōfestiꝫ quasi horrēda atqꝫ atrocia pertimescit.
Fraus ꝛ desidia in omni bono opere formidanda ē. Frau
dem facimus Deo quotiens de ipsius donis ꝛ muneribus
gliā propriam, ꝛ humanam laudem appetimus: ꝛ de bono
opere nostro nosmetipsos non deum laudamus. Desidiā
vero agimus quotiēs p torporē languide ea q̄ dei sūt opa
mur: omnis ars seculi hui⁹ strenuos amatores hꝫ. ꝛ ad exe
quēdū pmptissimos. et hoc pinde fit: qꝛ pñtē hꝫ opis sui
remuneratiōnē. Ars vero diuini timoris plerosqꝫ hꝫ secta
tores: languidos: tepidos: pigritie iertia cōgelatos: sed hoc
pinde ꝙ labor eoꝝ nō pro pñti: sꝫ pro futura remunera
tiōe differt. Jōqꝫ duꝫ eoꝝ laborē mercedis retributio ñ sta
tiꝫ ꝯsequit: spe ipsi pene dissoluta languescūt. Unde ꝛ ma
gna illoꝝ glia pdicat q bone cōuersionis pncipia augmen
to solidiore cōsumāt: atqꝫ eo ad pmerendā retributioneꝫ
clariores pparātur: quo firmi⁹ duri itineris labores ꝛ icho
ant ꝛ cōsumāt. Quidā pmo cōuersionis calore ad vtutes
sese accingūt: accedēte vo pgressu dū imoderate terrenis
reb⁹ icūbūt: puluere ifirmi appetitus obscurant. vñ ꝛ dñs
de bonis seminibus i spinis iactatis dicit. Qd̄ aūt cecidit i
spinis: hi sūt q audiūt verbū dei: ꝛ a sollicitudine seculi vl
fallatia diuitiaꝝ suffocāt verbū ꝛ sine fructu efficiūt. Nu
per cōuersi nequaq̄ debēt i curis exteriorib⁹ puehi. nā si
iplicētur cōfestiꝫ q̄si plātata arbuscula: ꝛ nec dū radice p
fixa cōcutiunt pariter ꝛ arescunt. Ualet interdū cōuersis
pro aīe salute mutatio loci. Plerūqꝫ enī dū mutat locus:
mutat ꝛ mentis affectus. Congruuꝫ est eniꝫ inde etiaꝫ cor
poraliter auelli: vbi q̄sqꝫ illecebris deseruiuit: nam locus
vbi praue quisqꝫ vixit hoc in aspectu mentis opponit: qd̄
semper ibi vel cogitauit vel gessit.

¶ De exemplis sanctorum. Cap. XI.

Ad conuersionem seu correptionem mortaliuꝫ
multum prosunt exempla bonorum. Mores
enim incohātium non queunt pficere ad be
ne viuēdū nisi pfectoꝝ iformētur exemplis pa
trum. Reprobi aūt nō attendūt documēta bo
noruꝫ: que imitent in melius: sed ppōnūt sibi exēpla ma
loꝝ quibus ad suoꝝ moꝝ puersitatem vtant in peius. ob
hanc vtilitatē scribunt sāctoꝝ ruine ꝛ reparatiōes vt speꝫ
faciāt salutis humane: ne quisq̄ post lapsum penitēdo de
speret veniā: dū cōspicit sanctoꝝ reparationē fuisse ēt post
ruinā: sciāt flagitio deditī ad quā vtilitatē eoꝝ exēpla po
nant sāctoꝝ. s. vt aut sint quos imitent ad reparationem
aut certe ex eoꝝ cōpatiōe durius de inobedientia punian
tur. Propterea virtutes sanctoꝝ ad exemplū nostrū deus
proposuit: vt quanto de imitatione eoꝝ conferri possunt
nobis iustitie premia: tanto de perseuerātia mali sint gra
uiora tormēta. Si enim ad boni incitamētū diuina quib⁹
admoneremur precepta deessēt pro lege nobis sanctoruꝫ
exempla sufficerēt. At ꝯ dū ꝛ nos deus pceptis suis admo
neat ꝛ vite sanctoꝝ bōi opis nob exēpla pponat: nulla est
iaꝫ de reatu excusatio: qꝛ ꝛ lex dī ad aures nr̄as q̄tidie pul
sat: ꝛ factoꝝ documēta bonoꝝ cordis nostri itima prouo
cant. Et si prauoꝝ sepe secuti sum⁹ exempla: cur nō imite
mur sanctoꝝ digna ꝛ deo placita facta. Et si apti fuimus
imitari iniquos in malū: cur pigri sumus imitari iustos in
bonū. Orādus ē de⁹ vt vtutes quas preparauit sanctis ad
coronā: nob ad pfectū sint posite nō ad penā. Proficient
aūt ad pfectū nostrū si tot exempla voluerimus imitari
vtutū. Certe si ea potius auersati q̄ imitati fuerim⁹ ad dā
nationeꝫ nr̄am erūt: qui ea legendo implere neglexim⁹.
Multi vitā sanctoꝝ imitant: ꝛ de morib⁹ alterius effigiē
vtutis sumūt: tanq̄ si ymago quelibet itendat: ꝛ de ei⁹ simi
tudine spēs picta formet: sicqꝫ fit ad imaginem similis il
le q ad silitudinē viuit imaginis. Qui sāctū viꝝ imitat q̄
si exēplar aliqd̄ ituet: seseqꝫ in illo quasi in speculo pspicit
vt adyciat qd̄ deesse virtutis agnoscit. Minus eniꝫ seipꝫ
homo ex semetipso cōsiderat: sed dum alterum intendit
id qd̄ min⁹ est luminis adycit. Perfectoꝝ est iaꝫ viroꝝ ñ
quelibꝫ sanctoꝝ imitādo: sed ipsam veritatē intuendo ad
cuius imagineꝫ facti sunt iustitiaꝫ operari. Et hoc idicat
qd̄ scribitur. Faciamus hominē ad imaginem ꝛ similitu
dinem nostrā: qꝛ ipaꝫ intelligendo imitatur diuinitatem
ad cui⁹ factus est similitudinem. Iste ergo tantus est vt
non egeat homine demonstratore iustitie: sed ipsam com
templando imitetur iustitiam. Exempla sanctoꝝ: quibus
edificatur homo: varias faciunt cōsectari virtutes: humi
litatis ex xpo: deuotionis ex petro: charitatis ex ioāne: obe
dientie de abrahā: patiētie de ysaac: tolerātie de iacob: ca
stimonie de ioseph: māsuetudinis de moyse: constātie de
iosue: benignitatis de samuel: misericordie de dauid: absti
nētie de daniele: sic ꝛ cetera facta priorū quo labore: quo
moderamine: quaue intentione vel compūctione geran
tur vir sanctus imitando considerat.

¶ De compunctione cordis. Cap. XII.

Compunctio cordis est humilitas mentis. cū
lachrymis exoriēs de recordatiōe peccati ꝛ ti
more iudicy. Illa est ꝯuersis perfectior cōpū
ctionis affectio: que oēs a se carnaliuꝫ deside
riorum affectus repellit: ꝛ intentionē suaꝫ to
to mētis studio in dei cōtemplationē defigit. Geminam
esse cōpūctionem: qua propter deum aīa cuiusqꝫ electi af
ficitur. id est vel dum opeꝝ suoꝝ mala cōsiderat: vel duꝫ
desiderio eterne vite suspirat. Quattuor eē qualitates affe
ctionū q̄bus mēs iusti tedio salubri cōpungit: hoc est: me
moria pteritoꝝ facinoꝝ: recordatio futuraꝝ penaꝝ: cōsi
deratio pegrinationis sue in huius vite lōgingtate: deside
riū supne patrie: q̄ten⁹ ad eā q̄toti⁹ valeat puenire. Quisqꝫ
peccatoꝝ meoria cōpungitur ad lamēta tūc dī se pñtia sci
at visitari qñ id qd̄ se admisisse recolit iteri⁹ erubescit: suo
qꝫ iuditio penitēdo iā pūit. nā tūc petr⁹ fleuit qñ i eū xp̄s
respexit. vñ ꝛ ps. Respexit igt ꝛ cōmota ē ꝛ cōtremuit ter
ra. Gressus dī st̄ i corde hoīs iterioris qñ bōa dsideria sur
gūt vt calcent mala. Qñ g̃ista i corde hōis fiūt sciēdū est
tē eē deū p graꝫ cordi hūano pñtē: vñ se tūc magl hō acue
re ad cōpuctionē dꝫ qñ sentit deū iteri⁹ opatē: quo mens
hōis iusti ex vā cōpūctiōe rapiat ꝛ qualr̄ ifirmata reuerta
tur. ꝯgustate lucis magnitudine illū nosse posse q iā aliqd
ex ide gustauit. Sūt q nō ex vā cordis cōpūctiōe sui accu
satores fiūt: sꝫ tm̄ ad h̄ esse se pctōres assignāt vt ex ficta
hūil⁹ confessionis locuꝫ inueniāt sanctitatis.

¶ De cōfessiōe pctōꝝ ꝛ penitētia. Cap. XIII.

Ex eo vnusq̄sqꝫ iust⁹ eē icipit: ex quo sui accu
sator extiterit. Multi aūt ecōtra semetipos
pctōres fatent: ꝛ tñ semetipos a pctō nō sbtra
hūt. Magna iaꝫ iusti⁹ pars ē seipꝫ nosse hō ꝙ
prauus est: vt ex eo diuine virtuti subdatur
humilius: ex quo suam infirmitatem agno
scit. Bene se iudicat iustus in hac vita: ne iudicetur a deo
dānatione perpetua. Tunc autē iudicium de se quisqꝫ su
mit: quādo

mit: qñ per dignam penitētiā sua praua facta cōdemnat. Amaritudo penitētie facit animū ꝛ sua facta subtilius discutere: ꝛ dona dei que cōtempsit flēdo cōmemorare. Nihil āt peius q̃ȝ culpā agnoscere nec deflere. Duplicē haberē dȝ fletū in penitētia omnis peccator: siue qꝛ ꝑ negligētiaȝ bonum nō fecit: seu qꝛ malū ꝑ audaciā ꝑpetrauit. Qđ.n. oportuit nō gessit: ꝛ gessit qđ agere nō oportuit. Ille penitentiā digne agit q reatū suū satisfactione legittima plangit: cōdemnando.s. ac deflendo q̃ gessit: tanto inde plorando ꝓfusius: q̃ȝto extitit in peccato ꝓclíuius. Ille penitētiā digne agit q sic p̃terita mala deplorat: vt futura iterū nō cōmittat. Nam q plangit peccatuȝ: ꝛ iterū admittit peccatū: quasi si quis lauet laterem crudum: quē q̃ȝtomagis eluerit tāto amplius lutū facit. Quāuis q̄sqȝ sit peccator ꝛ impius si ad penitētiā cōuertat̄: cōsequi posse veniam creditur. Nullus.n. de bonitate dei dubitat: sed sola accipiētiū prauitas cōferri sibi indulgentiā abnegat. In hac vita tm̄ penitētie pȝ libertas: post mortē vero nullā correctiōis eē liniam. Unde ꝛ dominus dicit. Me oportet operari opera ei⁹ q me misit donec dies est. Ueniet āt nox qñ nemo potest operari. Hinc ꝛ ꝓpheta. Date inquit dño deo nr̄o gloriaȝ anteq̃ȝ cōtenebrescat.i. añq̃ȝ mors eterna ꝑueniat. In hac vita dum estis: deuȝ per pniam glorificate. Adhuc in hoc seculo penitentiā operātibus dei misericordia subuenit. In futuro aūt iam nō operamur: sed rōnem nostrorum operū ponim⁹. Per id deteriorant̄ plerūq̃ȝ iniqui q ꝑ patientiā dei spacium accipiūt emēdandi: qꝛ illi mora viuendi nō vtunt̄ ad penitētiaȝ: sed ad peccandi vsurpāt audaciam. A malo aūt in deterius vadit q tempus sibi ad penitēdū indultū ad libertatem praui operis v̄tit. Festinare debet ad deū penitendo vnusquisqȝ dum potest: ne si duȝ pōt noluerit: cum tarde voluerit oīno nō possit. Proinde ꝓpheta ait. Querite dñm dum inueniri potest: īuocate eū dum ꝓpe est. Et vbi inueniri potest nisi in hac vita: in qua etiam ꝛ ꝓpe est oībus inuocantibus se: Nam tunc iaȝ lōge erit quando dixerit. Ite in ignē eternū. Modo aūt nō vr̄ ꝛ prope est: tunc videbitur ꝛ ꝓpe nō erit: qꝛ ꝛ videri poterit ꝛ nō poterit īueniri. Si quādo quisq̃ȝ peccare pōt penitet: vitamqȝ suam viuens ab omni crimine corrigit: nō dubiū q moriens ad eternam trāseat regem. Qui autem praue viuendo penitētiam ī mortis agit periculo: sicut ei⁹ damnatio incerta est: sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia: sanus peniteat: sanus ꝑpetrata facinora defleat. Sunt qui penitētibus securitatem cito pollicētur: quibus bene per prophetaȝ dicitur. Curabant cōtritionem filie populi mei cū ignominia dicētes pax: ꝛ nō erat pax. Cū ignominia igitur curat cōtritioneȝ: qui peccāti ꝛ nō legittime penitēti ꝓmittit securitatē. Uñ ꝛ sequit̄. Cōfusi sunt qꝛ abominationē fecerūt.i. confusi sunt nō penitēdo: sed penas luendo. Aliter eniȝ confunditur coraȝ iudice reus dū plectit̄: atq̃ȝ alr̄ qui de malo ope erubescēs corrigit̄. Ille enim qꝛ reprehēsus est confunditur: iste qꝛ se malum fecisse memorat̄. Quāuis per penitētiā ꝓpitiatio peccatorū fit: sine metu tamē hō esse nō debet: qꝛ penitētis satisfactio diuino tm̄ pensatur iudicio nō hūano. Proinde qꝛ miseratio dei occulta est: sine intermissione flere necesse est. Neq̃ȝ enim vnq̃ȝ oportet penitēteȝ habere de peccatis securitatē. Nam securitas negligentiā parit: negligentia autem sepe incautum ad vitia trāsacta reducit. Dum per penitentiam expulsa fuerint ab homie vitia: si forte post hec ītercedente securitate quelibȝ culpa subrepserit: cōfestim delectationes pristine vitiorum mētem auidius irrepūt: pulsanteśqȝ hoīem inconsuetis operibus grauius pertrahunt: ita vt sint nouissima hominis illius peiora prioribus.

De desperatione peccantiū. Cap. XIIII.

NOn per locorū spacia: sed per effectū bonū vel maluȝ itur recediturue a deo. Neqȝ eni gressu pedum: sȝ gressu operū vel morū elongamus vl̄ ꝓpinquamus ad deum. Perpetrare flagitium aliquod mors anime est: cōtēpnere penitētiaȝ ꝛ permanere in culpa: descendere in infernū post morteȝ est. Ergo peccare ad mortē ꝑtinet: desperare vero in infernū descēdere. Unde ꝛ scriptura ait. Impius dum in ꝓfunduȝ malorū vēerit cōtēpnit. Sepe dyabolus eos quos conuerti ad penitētiā aspicit: īmanitate scelerū ꝑcussos ad desperationē deducit: vt subtracta spe venie: trahat in diffidentiā quos nō potuit retinere ꝑseuerantes in culpa. Sed penitens p̄uidere dȝ callidas cōtra se hostis īsidias: sicqȝ dei iusti[am] metuat: vt tm̄ q̃ȝuis in magnis scelerib⁹ de misericordia eius confidat. Amplius letat̄ deus de aīa desperata ꝛ aliqñ cōuersa: q̃ȝ de ea que nunq̃ȝ extitit perdita: sic̄ de ꝓdigo filio qui mortuus fuerat ꝛ reuixit: perierat ꝛ inuentus est: de cuius regressu magnū fit gaudiū patris. Nō alr̄ corā deo ꝛ angelis copiosius est gaudiuȝ de eo qui a periculo liberatur: q̃ȝ de eo qui nunq̃ȝ nouit pcti ꝑiculū. Quāto eni cōtristat res perdita: tātomagis si fuerit inuenta letificat: sicut in euāgelio pastor ille exultat q ꝑditā ouem inuentam humeris suis gaudens reportat. Nullus desperare dȝ veniā: ēt si circa finē vite ad penitētiā ꝯuertat̄. Unūquēqȝ.n. de⁹ ð suo fine nō ð vita p̃terita iudicat. Hoc q̄ppe ꝛ legis testimonio edocet̄: q hō de suo extremo iustificat̄ quādo deus ꝓ asini p̄mogenito ouē iussit offerri. hoc est immūdiciam vite prioris mutādaȝ ꝑ innocentiā boni finis. Unde ꝛ cauda iubetur offerri in hostiam.i. vita extrema in penitentiā. Multi superna respersi gratia in extremis suis ad deū reuertunt̄ ꝑ penitētiā: ꝛ quecūqȝ mala gesserunt quotidianis fletibus purgāt: atqȝ in bonis factis mala gesta cōmutant: quibus iuste totum qđ deliquerāt ignoscitur: qꝛ ipsi qđ male gesserūt penitēdo cognoscūt. In vita hoīs finis querēdus est: qm̄ deus nō respicit quales antea viximus: sȝ quales circa finē vite erimus.

De his q a deo deserunt̄. Cap. XV.

DEserēte dō nullū penitere: deo respiciēte sua vnūquēqȝ facta videre ꝛ plāgere ꝛ vñ ceciderit cogitare. Nōnulli aūt ita despiciunt̄ a deo vt deplorare mala sua nō possint ēt si velint. Cōsilio imundorū spirituū h̄ ē: qꝛ ipsis negatū ē post p̄uaricationē regredi ad iusti[am]. obserare aditū penitētie hoīb⁹ cupiūt: ne vl̄ ipsi reuertāt̄ ad deū: eosqȝ socios ī ꝑditiōe hr̄e ꝯtēdūt: q̄buscūqȝ fraudib⁹ īsistētes: vt aut ðserant̄ a deo: aut flagelli imāitate. ðsperēt. Ingemiscēdū ē iugiter ꝛ postposita securitate lugēdū: ne dei secreto ꝛ iusto iudicio ðserat̄ hō: ꝛ ꝑdēd⁹ i ptāte dēonū reliquat̄. Nā reuera quē de⁹ deserit: demones suscipiūt. Dominici cōtēptores p̄cepti: stati vt auertunt̄ a deo: a malignis spiritib⁹ occupant̄: a q̄bus ēt vt mala faciant persuadent̄. Hinc ē illud ꝓpheticū. Inimicos dei ꝑsequunt̄ tenebre: que ītelligunt̄ demones. Uñ ꝛ in psalmo legit̄. Immissiōes ꝑ angelos malos. Quidā reproborū in ptāte demonū occulto dei iudicio ꝛ iustissimo redigunt̄ Esaia testāte. Ipse misit eis sortē: ꝛ man⁹ ei⁹ diuisit eis eaȝ ī mēsura: vsqȝ in eternū possidebūt eaȝ. Quidā electorū dimittunt̄ dina iustitia incidere in errorē pcti: sȝ tm̄ miseratiōe eius reducti denuo ꝯuertūt̄. De talib⁹.n. ꝑ ꝓphetā dñs loq̄t̄. Et dimisi eū ꝛ reduxi eum ꝛ reddidi ei cōsolationē. Nōnunq̃ȝ ēt reuertēs deus ad hominem quem deseruerat: rursus affligens visitat: ꝛ per lamenta lachrymarū ac penitētie afflictioneȝ a peccatis expurgat: dicente Iob ad deū. Propter supbiam sngt quasi leenā capies me reuersusq̃ȝ mirabiliter me crucias.

Reuertens eniʒ deus hoīem cruciat: qñ quē peccantē de seruerat: flagellādo iteꝝ visitat. Malis actibus cōtra nos amplius celestē iracūdiā nequaq̄ꝫ ꝓuocare debemus: qn potius si penitendo digna deo acta gesserimus: seueritatē eius in clementiam cōmutabimus. Nam ille qui nos ma los tolerat: non dubiū est ꝙ cōuersis clementer ignoscat. Naꝫ ꝙ seruatᷣ nobis tempus penitētię vt non simul mor/ te obruamur ꝑcipiti: sed detᷣ locus satisfactionis: hoc totuꝫ de dei procedit clementia: vt nos non damnet crudeliter: sed expectet ad penitentiam patienter.

De his q̄ ad delictū pꝰ lachrymas reuertuntᷣ. Cap. XVI.

Irrisor est non penitens qui adhuc agit qđ pen tet: nec videtᷣ deum poscere subditus: sed sub/ sanare superbus: canis reuersus ad vomitum: ꝛ penitens ad peccatum. Multi enim lachry/ mas indesinēter fundunt: ꝛ peccare non desi/ nunt. Quosdaꝫ accipere lachrymas ad penitētiā: ꝛ effectū penitētię nō hr̄e: qꝛ incōstantia mentis nūc recordatione peccati lachrymas fundunt. nunc vero reuiuiscente vsu ea quę fleuerunt iterādo cōmittunt. Qui ꝛ preterita vult plā gere: ꝛ actionibus secularibus incubare: iste iustam mun/ dationem non habet: quoniam adhuc agit quę penitendo deflere possit. Esaias peccatoribus dicit. Lauamini mūdi estote. Lauatur itaqꝫ ꝛ mundus est: qui ꝛ ꝑterita plangit: ꝛ flenda iteꝝ nō cōmittit. Lauatur ꝛ nō ē mūdus qui plā/ git quę gessit nec tamē deserit: ꝛ post lachrymas ea quę de fleuerat repetit. Sic deniqꝫ ꝛ alibi aīaꝫ penitētē atqꝫ ite/ rum deliquentē sermo diuinus increpat dicens. Quam vi lis facta es nimis iterans vias tuas. Quisquis ergo culpas pręteritas plorat: hunc necesse est moduꝫ teneat: vt sic ad/ missa defleat: ne iteruꝫ flenda cōmittat. Ueh mihi misero Isidoro qui ꝛ penitere retro acta negligo: ꝛ adhuc peniten da committo.

De peccato. Cap. XVII.

laꝝ mẽte3 excitãt ad incẽtiua libidinũ. Nõ enim solum
thura offerendo demonib' ĩmolat̃: s3 ẽt eoꝝ dicta libenti'
capiẽdo. Quidã plus meditari delectant̃ gentiliũ dicta p̄
pter tumentẽ ꝛ ornatũ s̄monẽ: q̃3 scripturã sancta3 p̄pter
eloq̃um humile. Sed q̃d p̄dest in mũdanis doctrinis pro
ficere ꝛ ianescere in diuinis: caduca seq̃ figmẽta ꝛ ad cele-
stia fastidire mysteria: Cauẽdi sũt igit̃ tales libri: ꝛ p̄pter
amorẽ sãctaꝝ scripturaꝝ vitandi. Gentiliũ dicta exterius
v̄boꝝ eloquẽtia nitent: ĩterius vacua virtutis sapiẽtia ma
nent. Eloquia autẽ sacra exterius ĩcompta verbis appent
ĩtrinsecus autẽ mysterioꝝ sapientia fulgent. Unde ꝛ apo-
stolus. Habemus inquit thesauꝝ istũ in vasis fictilibus.
Sermo quippe dei occultum h3 fulgorẽ sapiẽtie ꝛ verita-
tis repositũ in verboꝝ vilissimis vasculis. Ideo libri san-
cti simplici s̄mone ꝯscripti sunt: vt non in sapientia verbi
s3 in oñsione spũs hoĩes ad fidẽ p̄ducerent̃. Nã si dialecti
ci acuminis versutia: aut rhectorice artis eloquẽtia editi
eẽnt nequaq̃3 putaret fides xp̄i ĩ dei v̄tute: s3 in eloquẽtie
humane argumentis cõsistere: nec quẽq̃3 crederemus ad
fide3 diuino ĩspiramine prouocari: sed potius verboꝝ cal-
liditate seduci. Oĩs secularis doctrina spumãtibus verbis

resonās:ac per se eloquētie tumorē attollens ꝑ doctrinaꝫ
simplicē ⁊ humilē xp̄i euacuata ē:sicut scriptū est. Nōne/
stultā fecit deus sapiētiā h⁹ mūdi:Fastidiosis atq̄ȝ loqua/
cibus scripture sancte min⁹ ꝑꝑ ꝭmonē simplicē placēt. Gē/
tili.n.eloquētie cōparata vr̄ illis idigna. Qꝛ si aio humili
mysteria eius intēdant:confestim aduertūt quātū excel/
sa sunt:q̄ in illis despiciūt. In lectione nō verba:sed veri/
tas est amāda. Sepe aūt repitur simplicitas veridica:⁊ cō
posita falsitas:q̄ hoīem suis erroribus illicit:⁊ per lingue
ornamta laqueos dulces aspgit. Nihil aliō agit amor mū/
dane scientie:nisi extollere laudibus hoieꝫ. Nā quāto ma
iora fuerint litterature studia:tanto animus arrogātie fa/
stu iflatus:maiore ītumescit iactātia. Unī ⁊ bene psalmus
ait. Qꝛ nō cognoui lr̄aturam ītroibo in potētias dn̄i. Sim/
plicioribꝰ lr̄is n̄ ē ꝑponēdus fucus grāmatice artis. Melio
res sunt.n.cōes littere:qꝛ simpliciores:⁊ ad solā hūilita/
teꝫ legentium ꝑtinētes:ille vero nequiores:qꝛ ingerūt ho/
minibus ꝑnitiosam mētis elationē. Meliores eē grāmati
cos q̄ȝ hereticos:heretici.n.haustū letiferi succi hoībꝰ per/
suadendo ꝓpinant.grāmaticoꝝ aūt doctrina pōt ēt ꝓfice
re ad vitā:dum fuerit in meliores vsus assumpta.

¶ De collatione. Cap. XIIII.

Cum sit vtilis ad instruenduꝫ lectio: adhibita
auteꝫ collatione maiorem intelligentiaꝫ p̄bet.
Melius est enim cōferre q̄ȝ legere. Collatio
auteꝫ docibilitatē facit. Nam ꝓpositis inter/
rogationibus cunctatio rerum excludit̄:⁊ se/
pe obiectionibus latēs veritas approbat̄. Quod eniꝫ ob/
scuꝝ aut dubiū est:cōferēdo cito ꝑspicit̄. Multū ꝓsunt i
collatione figurę. Res enim quę minus per se aduertunt̄
per cōparationē rerū facile capiunt̄. Naꝫ sępe sub specie
alia spiritales causas scripturę diuinę isinuant:⁊ nisi ꝑ ali/
quā euidentē oñsionē vix apparēt occulta legis mysteria.
Sicut istruere solet collatio ita contētio destruit. Hęc eni
relicto sensu veritatis lites generat:⁊ pugnādo verbis etiā
in deum blasphemiam ingerit. Inde ⁊ hęreses ⁊ scismata:
qbꝰ subuertit̄ fides.veritas corrūpit̄:scindit̄ charitas. Cō
tētiosoꝝ studiū nō pro veritate:sed ꝓ appetitu laudis cer
tat:tantaq̄ȝ est in his peruersitas vt veritati cedere nesciāt
ipsamq̄ȝ rectā doctrinam euacuare contēdant. In dispu/
tatione infideliuꝫ cauenda est ꝓpositionū artificiosa sub/
tilitas:quę callidis obiectionibus retia tēdit. Ita.n. versu
tis assertionibus prauoꝝ disputatio innodat̄.vt recta esse
simulēt q̄ ꝑuersa ꝑsuadēt. Lectio memorię auxilio eget.
Qꝛ si fuerit nāliter tardior:frequēti tn̄ meditatiōe acuit̄:
ac legendi assiduitate colligit. Sępe ꝓlixa lectio longitu/
dinis causa memoriā legētis oblitterat. Qꝛ si breuis sit sb
motoq̄ȝ libro sentētia retractet̄ in aio:tūc sine labore legi
tur:⁊ ea quę lecta sunt recolendo memoria minime exci/
dunt. Acceptabilior est sensibus lectio tacita q̄ȝ apta. Am
plius enim ītellectus istruitur quādo vox legentis qescit ⁊
sub silētio lingua mouetur. Nam clare legendo ⁊ corpus
lassatur ⁊ vocis acumen obtunditur.

¶ De cōtemplatione:⁊ actione. Cap. XV.

Actiua vita inocētia ē operū bonoꝝ:cōtēplati
ua speculatio supernoꝝ. Illa cōmunis mul/
torum est:ista vero paucoꝝ. Actiua vita mū/
danis rebus bn̄ vtit̄.cōtemplatiua vero mun
do renuncians:soli deo viuere delectat̄. Qui
prius in actiua vita ꝓficit:ad cōtemplationeꝫ bene cōscē/
dit. Merito enim in ista sustollitur:qꝛ in illa vtilis inenit̄.
Quicūq̄ȝ adhuc tꝑalē gliā:aut carnalē affectat cōcupiscē/
tiā:a cōtēplatiōe ꝓhibet̄:vt posit⁹ i actual' vite opatōe pur
get̄. In ista.n.ꝑus ꝑ exertitiū boni opis cūcta exhaurieda
sūt vitia:vt i illa iā pura mētis acie ad ꝯtēplādū deū qsq̄ȝ
ꝑtrāseat. Et lȝ ꝯuersus statim ad ꝯtemplationē ꝯscēdere
cupiat:tn̄ rōne cogit̄ vt ꝑus in actiue vite opatiōe versēt̄.
Exēplū.n.actiue vite de Jacob summe:qui dū ad rachel
h̄ ē ad visuꝫ p̄nᵐ destinaret:q̄ ꝯtēplationē significat:lya il/
li h̄ ē laboriosa vita supponit̄ q̄ actiuā demr̄at. Sicut se/
pult⁹ ab ōi negocio terreno ꝑuat̄:ita ⁊ ꝯtēplatiōi vacās ab
oī occupatōe actuali auertit̄. Et sicut ab actuali vita ꝯscē
dētes i cōtēplatiōis qete sepeliunt̄:ita ab actiōe seculi re/
cedentes eos vita actiua i se q̄si sepeliendo suscipit:ac ꝑ h̄
vite mūdane actiua vita:⁊ vite actiue ꝯtēplatia sepulchꝝ
ē. Uiri sancti sicut a secreto ꝯtēplatiōis egrediunt̄ ad pu/
blicum actionis.ita rursus ab actionis manifesto ad secre
tū ꝯtēplatiōis itime reuertunt̄:vt itus deū laudēt vbi ac
ceperūt:vn̄ ⁊ foris ad eius gloriā opant̄. Sicut aqle mo/
ris est semꝑ oculū i radiū solis ifigere:nec deflectere nisi
esce solius obtētu:ita ⁊ sancti a ꝯtēplatiōe ad actualē vitā
iterdū reflectunt̄:ꝯsiderātes illa sūma sic esse vtilia:vt tn̄
ista hūilia sint paululū nr̄e idigentie nec̄ia. In actiuę vitę
gr̄e hūana itentio ꝑseuerāter icedit:i cōtēplatiōe aūt sese
ꝑ iterualla resumit:qꝛ diuturnitate cōtēplādi lassat̄. Ui/
sio aīaliū i Ezechiele:q̄ ibāt ⁊ nō reuertebant̄: ꝑtinet ad
vite actiue ꝑseuerātiā:⁊ iteꝝ ea aīalia q̄ ibāt ⁊ reuerteban
tur ꝑtinēt ad ꝯtēplatiue vite mēsurā:in qua dū qsq̄ȝ iten/
derit:sua reuerberat⁹ ifirmitate reflectit̄:atq̄ȝ iterū reno/
uata itētiōe ad ea vn̄ descenderat rursus erigitur. Qō fie
ri i actiua vita nō pōt:de qua si qsq̄ȝ deflectat vel ad mo/
dicū:stati vicioꝝ excipit̄ fluxu. Oculus dexter scadalizās
quē euelli dn̄s p̄cepit:vita ꝯtēplatiua ē. Duo oculi in facie:
actiua vita ⁊ ꝯtēplatiua in hoie. Qui igitur ꝑ ꝯtēplationē
ceciderit in errorē:meli⁹ ē si euellat ꝯtēplatiōis oculū:ser/
uās sibi vnū vite actualis obtutū:vt sit vtilius illi ꝑ sim/
plicē actionē ire ad vitā:q̄ȝ ꝑ ꝯtēplatiōis errorē mitti i ge
hēnā. Sepe mēs ad sūma ab imis erigit̄:⁊ sepe a sūmis ad
ifima pōdere carnis inclinata reflectit̄. Multos deus ex
carnalibꝰ sua gr̄a visitat:⁊ ad cōtēplatiōis fastigiū eleuat.
Multosq̄ȝ a contēplatione iusto iudicio deserit: ⁊ lapsos
in terrenis operibus derelinquit.

¶ De cōtemptoribus mundi. Cap. XVI.

Ea quę seculi amatoribus chara sūt:sancti ve/
lut aduersa refugiūt.plusq̄ȝ aduersitatibꝰ mū
di gaudēt q̄ȝ ꝓsperitatibꝰ delectent̄. Alienos
eē a deo qbꝰ h̄ seculū ad oē cōmodū ꝓsperat̄.
Seruis āt dei cūcta hui⁹ mūdi ꝯrīa sūt: vt dū
ista aduersa sentiūt:ad cęleste desideriū ardentius excitē/
tur. Magna apud deū refulget gratia qui huic mūdo cō/
temptibilis fuerit. Nam reuera necesse est vt quem mun
dus odit diligatur a deo. Sanctos viros in hoc seculo legi
mus ꝑegrinos esse ⁊ hospites. Un̄ ⁊ rep̄hendit̄ Petr⁹ ꝙ
tabernaculū i mōte fieri cogitauit:qꝛ sanctis in hoc mūdo
tabernaculū nō est:qbus patria ⁊ domus in cęlo est. Sāctī
viri iō ꝯtēnere cupiūt mūdū:⁊ motū mētis ad supna reuo
care:vt ibi se recolligāt:vn̄ defluxerūt:⁊ ide se subtrahant
vbi dispsi sunt. Justi q reb⁹ honoribusq̄ȝ ac vitę blandimē
tis renūciant:ꝓinde se ab oī terrena possessiōe mortificāt
vt deo viuāt:iōq̄ȝ seculi huius blāditias calcāt vt validio
res ad vitā illā de huius vitę mortificatiōe ꝯsurgāt. Cūcta
quippe tꝑalia q̄si herbę virētes arescūt:⁊ transeunt.iōq̄ȝ
⁊ ꝓ ęternis rebus q̄ nunq̄ȝ arescūt recte ista dei seruus cō
tēnit:qꝛ in eis stabilitatē nō aspicit. Qui post renūciationeꝫ
mūdi ad supnam patriā sanctis desiderys inhiat:ab hac
terrena itētiōe q̄si qbusdā pēnis subleuat⁹ erigit̄:⁊ in quo
lapsus erat per gemitū ꝯspicit:⁊ vbi ꝑuenerit cuꝫ gaudio
magno itēdit. Qui vero a ꝯtēplationis rege reflex⁹ i curis
hui⁹ seculi icidit:si ad memoriā sui reuertatur:ꝓtinus ige
miscit.quātūq̄ȝ fuerit tranqlla quę ꝑdidit:⁊ q̄ȝ cōfusa sint

in quibus

in quibus cecidit:ex ipa laboris sui difficultate cognoscit.
Quid.n.i hac vita laboriosius ꝙ̃ terrenis desiderijs estua
re:aut quid hic securi⁹ ꝙ̃ huius seculi nihil appetere: Qui
enī hunc mūdū diligūt:turbulētis eius curis ⁊ sollicitudi
nibus cōturbanẗ. Qui autē eū odiūt nec sequūtur iterne
getis trāqllitate fruētes future pacis regem quaz illic ex/
pectāt:hic quodāmodo habere iā inchoant.

De scis q se a ꝯsortio seculi separant. Cap. XVII.

SAncti viri fundit⁹ seculo renūciātes:ita huic
mūdo moriūtur:vt soli deo viuere delecten/
tur:quātoqz ab hui⁹ seculi ꝯuersatione se sub
trahūt:tāto iterne mētis acie pñtiā dei ⁊ an/
gelice societatis frequētiā ꝯtēplanẗ. Maloꝝ
tā praua sūt opa māifesta:vt hi q supnā patriā desiderāt:
nō solū mores eoꝝ:sz ⁊ ꝯsortia fugiāt. Quidā ēt corpalr̄
separari desiderāt ab iniqs:vt eoꝝ nō īuoluanẗ delictis.
Nōnulli ⁊ si nō corporali discessu:spiritali tñ ab eis iten/
tione recedūt:q ⁊ si cōes sunt ꝯuersatiōe:discreti tñ sunt
corde vel ope. Et lz sepe in medio carnaliū vitā de⁹ ꝓte/
gat electoꝝ:tñ satis rarū est vt qsqz inter seculi volupta/
tes positus a vitijs maneat illibatus:in qbus ⁊ si non cito
implicetẗ:aliqñ tñ attrahitẗ. Neqz.n.diu tut⁹ eē poterit q
periculo ꝓxim⁹ fuerit. Uia sine offēdiculo vita monachi:
sine cupiditatis ⁊ timoris īpedimēto. Dū.n.qsqz a ꝯsor/
tio mūdi abstrahitẗ:nec cupiditas eū obligat ꝯsentiētem:
nec cruciat sentientē. Bonū est corpalr̄ remotū eē a mun
do:sz multo est meli⁹ volūtate:vtrūqz vō ꝑfecte. Ille g̊
ꝑfectus est q huic seculo ⁊ corpe ⁊ corde discret⁹ est. Ona
ger vt ait Job ꝯtēnit ciuitatē:⁊ monach⁹ cōez seculariū
ciuiū ꝯuersationē. Hi aduersa vite nostre appetūt:ꝓspera
ꝯtēnūt:vt dū ab eis hec vita despicitur:futura inueniaẗ.

De p̄ceptis altiorib⁹ monachoꝝ. Cap. XVIII.

ALia sunt p̄cepta q̄ danẗ fidelib⁹ cōez vitā i se/
culo agētib⁹:atqz alia seculo huic renūciatib⁹.
Illis.n.diciẗ vt sua oīa bene gerāt:istis vt sua
oīa derelinquāt. Illi p̄ceptis gnālib⁹ astringū/
tur:isti p̄cepta gnālia ꝑfecti⁹ viuēdo transcen
dūt. Ad ꝑfectū nō sufficit nisi vt abnegatis oībus suis ēt
seipsuz qsqz abneget. Sz qd est seipz abnegare:nisi volun
tatib⁹ ꝓprijs renūciare: vt q supbus erat sit humilis:qui
iracūd⁹ eē studeat mā suet⁹. Nā si ita qsqz renūciet q̄ possi
det oīb⁹:vt suis nō renūciet morib⁹:nō est xp̄i discipulus.
Qui enī renūciat oīb⁹ rebus suis:sua abnegat:qui vero re
nūciat moribus prauis:semetipsuz.s.abnegat. Uñ ⁊ dñs,
Qui vult inquit post me venire:abneget semetipsum.

De tepore monachorum. Cap. XIX.

QUi nō rigida intētione monachi ꝓfessionez
sectanẗ:quāto supni amoris ꝓpositum disso/
lute appetūt:tāto ꝑcliuius ad mūdi amorem
denuo reducunẗ. Nā ꝓfessio non ꝑfecta pre/
sentis vite repetit desideria:in qbus ⁊ si non/
dum se monachus alliget ope:iaz tñ alligat cogitationis
amore. Longe quippe a deo est animus:cui hec adhuc vi/
ta dulcis est. Iste eniz quid de supnis appetat.quidue de
de infimis fugiat nescit. Nam sicut scriptum est. Qui ap
ponit sciam:apponit ⁊ dolorem. Quantuz enim qsqz po
tuerit superna scire que appetat:tanto de infimis acrius
qbus iheret dolere dz. Propter hoc.n.⁊ Jacobus apl's di/
cit. Miseri estote:lugete ⁊ plorate:risus vester in luctum
ꝯuertaẗ:⁊ gaudiū in merorē. Hinc ēt dñs. Beati inquit q
lugent:qm̄ ipsi ꝯsolabunẗ. Et rursuz. Ueh vobis q ride/
tis:qm̄ flebitis. Qui ad hoc cōuersionē sanctitatis ꝓten/
dit:vt alijs qñqz preesse desideret:iste nō discipulus xp̄i
sed prauitatis sectator existit:qz nō pro deo:sed pro seculi
honore portare studet crucis xp̄i laborem.

De humilitate monachi vel opere. Cap. XX.

SUmma virtus monachi humilitas: summū
vitium eius superbia est. Tunc autē se qsqz
monachum iudicet:qñ se minimū existima/
uerit:etiam cū maiora virtutum opera gesse/
rit. Qui mūduz deserunt:⁊ tñ virtutes p̄cepto
rum sine cordis humilitate sequūtur:isti quasi de excelso
grauius corruūt:qz deterius per virtutū elationē deijciū
tur ꝙ̃ per vitia prolabi potuerunt. Omnis dei seruus de
suis meritis nō dz extolli:dum posse videat ex inferiori/
bus sibi prelatiores alios fieri. Nouerit aūt oīs sanctus se
alterius nō p̄ponere sanctitati. Semp eniz ꝯscientia serui
dei humilis esse dz:⁊ tristis.s.vt per humilitatē non super
biat:⁊ per vtilem merorem cor ad lasciuiā nō dissoluat.
Dei seruus dū bonū aliqđ opus agit:vtrū ei ad boni re/
munerationē ꝑtineat q̄ facit icert⁹ est.ne forte discussiōe
celestis iudicis reus pensetẗ:⁊ in his que dei sunt negligen
ter aut supbe aliqd operasse īueniaẗ. Ideoqz pro hoc ipso
tristis merēsqz efficiẗ atqz indesinēter turbaẗ:reminiscēs
ꝓculdubio scriptū esse. Maledict⁹ qui facit opus dñi ne/
gligenter. Nā veraciter ꝯdēnamur:si ꝑ torporem ea que
bona sunt agimus. Dei seruū sine ītermissione legere:ora
re:⁊ opari oz:ne forte mētē ocio deditā spūs fornicationis
subripiat. Cedit.n.labori voluptas:aīuz āt vacātē cito p̄oc
cupat. Cōtuere salomonē ꝑ ociū multis fornicationibus
īuolutū:⁊ ꝑ fornicatiōis vitiū vsqz in idolatriā lapsuz.

De monachis q curis seculi occupanẗ. Cap. XXI.

HJ qui pro dei timore seculo renūciāt:⁊ tamē
curis rerum familiariū implicantur:quanto
se rerum studijs occupāt:tanto a charitate di
uina seipsos separant. Qui sil' ⁊ terrenis pare/
re curis ⁊ diuinis exercere student:vtrūqz cō/
plectere simul nō valent. Nam duas curas pariter inesse
pectori humano nō posse:⁊ duobus seruiētē dñis vtrisqz
placere difficile esse. Nisi prius a secretioribus cordis ex
pellaẗ importuna secularium multitudo curaꝝ anima q̄
intrinsecus iacet nequaꝙ̃ resurgit. Nam dū se ꝑ īnume/
ras seculi cogitationes spargit:ad ꝯsiderationē sui se nul/
latenus colligit. Arguiẗ eoꝝ tepor q deo vacare volētes
⁊ mūdo renūciāt:⁊ curas ꝓprias aspnanẗ:sz dū ꝓpinquio
ruz vtilitates ꝓcurāt:a dei amore se separāt. Uir spirita/
lis ita ꝓdesse dz sue ꝓpinquitati:vt dū illis grām carnis
prestare studet:ipse a spiritali ꝓposito nequaꝙ̃ declinet.
Multi.n.monachoꝝ amore parētū nō soluz terrenis cu/
ris:sz ēt forēsibus iurgijs inuoluunẗ:⁊ ꝓ suoꝝ tpali salu/
te suas aīas ꝑdiderūt. Interdū ordiata discretio est dum
negaẗ ꝓximo qđ p̄staẗ extraneo:vt noueris nō ꝓhiberi
pietatis officiū sz negari carnalitatis affectū. Parētib⁹.n.
carnalr̄ p̄statur qđ extraneis pie īpendiẗ. Sicut nostra no
bis nō odiēda est aīa:sz eius carnales affect⁹ odio hr̄e de
bemus:ita nec parētes odio a nobis habēdi sunt:sed eoꝝ
impedimēta que nos ab itinere recto prepediūt:duz tñ
dñs ita p̄cipit a nobis parētes odire:sicut ⁊ aīas nostras.
Figurā sanctoꝝ viroꝝ renūciātiū seculo vaccas designaſ
se allophiloꝝ archā dei gestantes. Nā sicut ille pignoruz
affectibus a recto itinere minime digresse sunt:ita ⁊ vir
sanctus mundo renuncians parentele obtentu non debet
a bono impediri proposito.

De his q a deo mūdi amore p̄pediunẗ. Cap. XXII.

MUlti cupiūt cōuolare ad gratiaz dei:sz timēt
carere oblectamēta mūdi. Prouocat qdē eos
amor xp̄i:sz reuocat cupiditas seculi. Qui ꝑ/
īde obliuiscūẗ voti:qz capiūẗ illecebris vani/
tatis. Quecūqz mēs ꝓcell' mūdi h⁹ īuolueris:
lignū ꝯscēde crucis:vt a mari.i.tēpestate h⁹ secli libereris.

Nã nullus te a lacu mortis hũane saluabit nisi xp̃s eruerit. Qui seculo renunciare disposuit transgressionis reatu astringitur: si votuꝫ mutãerit. Attrociter eniꝫ in discussione diuini iudicij arguẽdi sunt qui qđ ꝓfessione spoponderant: iplere opere contẽpserunt. Mirabiliter cõparatur similitudo a voluptatibus mundi conãti redire ad deuꝫ retinẽtibus eũ cupiditatibus seculi: ei qui dormitãs exurgere conat̃ ⁊ sapore somni dep̃mit̃. Ille eni ad boᵐ nouit redire: ⁊ voluptatũ fascibus nõ finitur. Iste melius elegit vigilare: sꝫ soporis torpore tenet̃. A bono in deteriꝰ lapsos supra carbones frigidos fieri nigriores: qꝛ ꝑ torporẽ mentis ab igne charitatis dei extincti sunt: ⁊ per mundi appetitũ a luce superne illuminationis ꝑuati nigredine pctõꝝ fuscantur. Quidã intentionẽ bone operationis metu extiguũt iopie: nec ꝑmittuntur infirma mẽte desiderata perficere: ⁊ cũ idigere in mundo metuũt: a gloria supna semet ipsos abscidũt. Multis cõsilioꝝ argumẽtis insidiat̃ eis dyabolus in acquirẽdo plurima: qui in paucis ⁊ modicis nouerant esse cõtenti. Opponit igitur in eoꝝ mentes futuras filioꝝ egestates: ⁊ ꝑsuadet habere plura vnde sibi egenisqꝫ sufficiat: quatenus his blandimẽtis itentionẽ bone deuotionis subuertat: atqꝫ in terrenis lucris deceptã mẽtem reducat. Multis argumẽtis isidiatur dyabolus eis q renũciant seculo: vt eius se iterũ amori substernãt. Grauius autẽ illos in cõcupiscentijs seculi ferit: quos post renunciationẽ ad mundi amorẽ reduxerit. Et maxime per cenodoxiã subijcit sibi dyabolus mõachũ: vt quẽ ꝑ seculi amorẽ retinere nõ potuit ab humilitatis culmine subtrahat: ⁊ superbie tumore sibi subditũ faciat. Dei seruus ſꝑ fallẽtis dyaboli preuidere debet insidias: ⁊ magis in bonis operibus cordis debet adhibere cautelam: ne ꝑ vanã gloriam perdat semetipsuꝫ ac pereat: cũctaqꝫ bona amittat que recte agendo obtinuerat.

De iactantia. Cap. XXIII.

Iam in factis q̃ꝫ in dictis cauẽda est iactantia flenda tñ est ruina sibi queq̃ꝫ magis q̃ꝫ deo placere: ⁊ laudẽ ab oĩbus cõparare. Uanus ⁊ erroris est animus plenus: famã appetere: ⁊ ad capiendã terrenã laudẽ studiũ dare. Circũspice temetipsuꝫ homo: nihilqꝫ tibi arroges de his que in te sũt p̃ter peccatũ. Nõ declinat ad dexterã: q nõ sibi sed deo tribuit bona que agit: neqꝫ ad sinistrã se vertit q de diuina indulgentia peccãdi licentiã non p̃sumit. Hoc est qđ ꝓpheta ait. Hec via ambulate in ea: neqꝫ ad dexterã neqꝫ ad sinistrã declinãtes. Uerũ est qđ nã expetit delectari in laudibus: sed tũc recte si in deo nõ in se qsqꝫ laudetur: sicut scriptũ est. In dño laudabitur ania mea. Sepe vanã gloriã cõtẽnendo: in aliud genus elationis incidit̃. dũ in se quisqꝫ gloriat̃ ꝓ eo qđ ꝯtẽnat ab hoĩbus laudeꝫ. Quibusdã cõcessuꝫ est tãtũdẽ bene agere ⁊ fructum boni operis nõ habere: qđ ipsi sibi auferũt per studiũ humane iactantie. Semꝑ suã aspiciãt feditatẽ qui vane glorie fauores diligũt: ⁊ perdidisse bonũ opus doleant qđ ꝓ humana ostentatiõe fecerunt. Amator vane glorie vnde possit semꝑ laudari agere nõ quiescit: ⁊ subinde illi vires vanitatis prauus appetitus auget. Boni operis icohatio nõ dꝫ citius palam ad hominũ cognitionẽ venire: ne duꝫ boni inchoatio humanis oculis referat̃: a v̾tute perfectionis inanescat intentio sanctitatis. Ante maturitatis eniꝫ tp̃us messes florẽtes cito pereunt: germinaqꝫ iutilia fiũt. Uirtutes sanctoꝝ per ostentationis appetitũ domino demonũ imundoꝝ subijciũt̃: sicut Ezechias rex q diuitias suas chaldeis per iactãtiã ꝓdidit: ⁊ ꝓpterea pituras ꝑ ꝓphetã audiuit: vt significaret dei seruũ virtutes suas duꝫ vane glorie studio ꝓdiderit: statim demones suoꝝ opeꝝ dños facere: sicut ille per ostẽtationẽ chaldeos reꝝ suaꝝ dños fecit. Optima est illa discretio: vt ⁊ nota sint opera nostra ad dei agendã gloriã: ⁊ occulta ꝓ elatione vitãda humana. Ille aũt dꝫ publicare boᵐ qđ agit: qui perfecta humilitate fundatus: nulla iam elatione contingit̃. Naꝫ is qui se intelligit adhuc amore laudis pulsari: facta bona in occulto agat: ne forte qđ egerit ꝑdat. Interdũ viri sc̃ti dũ cupiunt funditus suã mutabilitatẽ corrigere: aliquanto tumore tãgunt̃ elationis sue conscij actionis iustitie: sꝫ ab huius subreptionis malo humilitatis cõpunctione purgantur. Uiri sancti nõnunq̃ꝫ quosdã de se audiẽtes instruunt: ⁊ ꝑ tñ in his alta se cõsideratione custodiũt: ne dũ alios a terrena intensione erigunt: ipsi in terrene laudis appetitu demergant̃. Quidã per icautã virtutũ iactãtiã relabũtur ad vitia: ⁊ quidã dũ vitioꝝ ipulsuꝫ frequẽter plãgunt de ipsa ifirmitate per humilitatẽ validiꝰ ꝯualescũt. Plerũqꝫ vtile est arrogãtibꝰ deseri a deo: quatenus sue infirmitatis ꝯscij ad humilitatẽ redeãt ⁊ humiles post casuꝫ existãt. Nõ nulli falsa opinione arrogãtie se esse ꝑfectos existimãt: dũ nõ sint q obortis tentationibus inotescant. Tãto qsqꝫ fit veritati vicinior: quãto se esse longius ab ea fuerit arbitratus. Hoc eniꝫ humilitatis est que deo hoĩeꝫ iungit. Ceteꝝ iactãtia oculos qbꝰ deꝰ videri poterat claudit. Sicut solis radius dũ ꝯspicit̃ acies oculi hebetat̃: sic ⁊ qui imoderate altiora se scrutatur: ab intẽtione veri obtũdit̃. Sicut aqla ex alto ad escas collabit̃: sic hõ de alto hõe ꝯuersatiõis ꝑ carnalẽ appetitũ ad iferiora demergit̃.

De hypocrisi. Cap. XXIIII.

Hypocrita v̾ba sanctoꝝ hꝫ: vitã nõ hꝫ: ⁊ quos ꝑ sermonẽ doctrine genuerit: nõ fouet exẽplis sed deserit: qꝛ quos verbo edificat: vita ⁊ moribus destruit. Hypocrite simulatores dñr: q iusti nõ esse querunt: sed tm̃ videri cupiunt. Hi mala agũt: ⁊ bona ꝓfitent̃. Per ostentationẽ quippe boni apparent: per actionẽ vero mali existunt. Oĩa ꝓñt a simplicibꝰ vitia ꝑpetrari: simulatio vero ⁊ hypocrisis nõ cõmittit̃: nisi a male astutis ꝑ calliditatẽ valẽtibus vitia sub spẽ v̾tutũ celare ⁊ nõ verã sanctitatẽ obijcere. Sancti nõ solũ gloriã supra modũ suũ oĩno nõ appetũt: sꝫ ẽt hoc ipsum videri refugiũt qđ eẽ meruerũt. Hypocrite autem malitie sue occulta tegẽtes añ oculos hoĩuꝫ qdã inocẽtie sanctitate se vestiũt vt venerent̃. Quibꝰ bñ diuina voce dr̃. Ueh vobis hypocrite qꝛ similes facti estis sepulchris dealbatis. q̃ foris qdẽ apparẽt hoĩbus speciosa. intus vero plena sunt ossibꝰ mortuoꝝ. Ita ⁊ vos qdẽ foris apparetis hoĩbꝰ iusti: intus vero pleni estis auaricia ⁊ iniqtate. Duplr̃ dãnãtur hypocrite: siue pro occulta iniqtate: siue pro aperta simulatione. Ex illo eni cõdẽnant̃: qꝛ iniq sunt: ex isto qꝛ ostendunt qđ nõ sunt. Nõ semꝑ latent hypocrite: nã ⁊ si in principio sui qdã nõ pateãt: ꝑus tñ q̃ꝫ vita eoruꝫ finiatur q̃ꝫ simulate vixerint detegunt̃. Oẽ eni sincerum ꝑmanet. Nã que simulata sunt diuturna eẽ nõ p̃ñt. Non eoꝝ desperãda ẽ salus: q adhuc aliqd terrenũ sapiũt duꝫ possint ⁊ in occultis agere vñ iustificent̃. Hi eni meliores sunt hypocritis eo q̄ mali sint i aperto: ⁊ in occulto boni. Hypocrite vero i occulto mali sunt: ⁊ bonos se palã ostẽdũt. Hypocritã iustꝰ arguere ꝓhibet̃ ne d̾terior castigatꝰ existat dicẽte salomõe. Noli arguere d̾risorẽ ne oderit te.

De inuidia. Cap. XXV.

Inuor alieni boni suũ punit auctorẽ. Nã vñ bonus ꝓficit: inde iuidus ꝯtabescit. Hoĩes praue viuẽtes sic̃ d̾ bonoꝝ lapsibꝰ gratulãt̃: ita d̾ eoꝝ recte factis boniqꝫ ꝑseuerãtia ꝯfũdunt̃. Inuidus mẽbrũ ẽ dyaboli: cꝰ iuidia mors itroiuit i orbẽ terraꝝ. Sic̃ ⁊ suꝑbus mẽbrũ ẽ dyaboli: de q̃ scriptũ est. Omne

eſt. Omne ſublime videt. Et ipſe eſt rex ſup omnes filios ſupbię. Nulla eſt ꝟtus q̄ nō habeat ꝯtrariū iuidię maluꝫ. Sola miſeria caret inuidia: qꝛ nemo iuidet miſero: cui reuera nō liuoꝛ obyciť: ſꝫ ſola miſericoꝛdia adhibeť. Multi ⁊ bonos imitari volunt: ⁊ de bonoꝝ ꝑfectibus inuidię liuoꝛe tabeſcūt. Quo fit vt nec illi coꝛrigāť a malo ſuo: ſꝫ ꝑ inuidentiā deterioꝛenť: ⁊ bonos a recto ſtudio quātū in ipſis ē: ſi potuerit ꝺpꝛauare conenť. Qn̄ malos boni ꝑficere vident: nō ſcandaliçenť: ſꝫ quē ſint finē habituri maxime cogitent. Hoc oīs iuidus alienis ꝟtutib⁹ p̄ſtat: qꝺ beato Job Sathan pꝛęſtitit. Nā duꝫ emulať ꝓſperitatibus: ꝯmouit aduerſa. Sꝫ duꝫ credidit eū diabolus poſſe ꝓſternere: īde ei⁹ aucta ſunt merita: atqꝫ īde claruerunt ꝓbabilioꝛa patientię documēta. Ita reqrunt inuidi aditū malę famę: ꝑ quā bonoꝛū vitā maculēt: ſicut q̄rebant oſtiuꝫ ſodomitę: quo domū Loth nocituri ītroirent. Illi ꝟo cęcitate erroꝛis ꝑcuſſi parietes videbāt: oſtium nō īueniebant. Nō aliter iuidi videndo velut parietē ꝟtutes diſſimulant vitia ꝟo perqrunt ꝑ q̄ eoꝝ cōſcientiā vrant.

Ⅽ De ſimulatione. Cap. XXVI.

FRaudulētię genus in modū pharetrę ſubtiliter īſidiaꝝ ſagittas celat: vt falſā faciat ſecuritatē decipiatqꝫ callide eū ꝯ quē moliť occulte. Cauendus ē inimicus q manifeſtus ē: ſed magis ille q videri nō pōt. Facile.n. vincim⁹ q̄ videm⁹: q̄ aūt nō videmus difficile a nobis expellimus. Raro noceť hō ab extraneis: ſi ſui eum nō lędant. Magis.n. īſidys noſtroꝝ q̄ȝ alioꝛum periclitamur. Latent ſępe venena circūlita melle verboꝝ. Et tamdiu deceptoꝛ bonitatē ſimulat: quouſqꝫ fallēdo decipiat.

Ⅽ De odio. Cap. XXVII.

NOn hoīes ſꝫ vitia odio habēda ſūt. Flebiliter aūt deploꝛādi ſunt: q odio in fratrē tabeſcūt ⁊ ꝯ alios ꝑnitioſū aī dolū ſeruāt. A regno.n. dei ſe ſeꝑant: q ſemetipſos a charitate diſſociant. Sicut mater eccl'ia pꝛaue ab hoībus hereticis p̄muť: ſꝫ tn̄ eos veniētes ad ſe benigna charitate amplectitur: ita ⁊ ſinguli noſtrū quoſcūqꝫ inimicos ſuſtinemus reuertētes materna imitatōe amplecti ſtatiꝫ debem⁹. Cito ē ignoſcēdū cuiq̄ȝ dū veniā poſtulat. Non poſſe peccata dimitti ei: q in ſe peccāti ꝺbita nō dimittit. Formā.n. nobis īdulgētię deus ex merito ꝯditiōis noſtrę īpoſuit: dum ita oꝛare nos pꝛecepit. Dimitte nobis debita noſtra: ſic̄ ⁊ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ noſtris. Juſtū ē.n. dei iudiciū: tantū qꝫ peccatoꝛi a ſe īdulgeri oſ̄dit: quātū alterutro vnuſqſqꝫ ī ſe offenſo īdulget. Quidā de ſuis fidētes meritis pigre in ſe delinq̄ntib⁹ veniā p̄ſtāt: ſꝫ nihil ꝑficit eē illibatū a culpa: q nō ē paratus ad veniā: duꝫ poti⁹ hęc magna ſit culpa qn̄ tardi⁹ relaxanť fraterna delicta. Qui fratrē ſibi tardi⁹ recōciliat: deū ſibi tardius placat. Fruſtra.n. ꝓpitiari ſibi deū quęrit: q cito placari in ꝓximum negligit.

Ⅽ De dilectione. Cap. XXVIII.

DUo ſunt erga dilectionem ꝓximi ꝯſeruanda: vnū ne malū qs inferat: alterū vt bonū intendat. Pꝛimū vt caueat lędere: ſequenter vt diſcat p̄ſtare. Amicitia eſt aīoꝛuꝫ ſocietas. Hęc q̄ppe a duobus īcipit. Nā minus q̄ȝ īter duos dilectio eē nō poterit. Antiq.n. dixerunt de ſocietate duorum vnā eſſe aīam in duobus coꝛpoꝛibus ꝑꝑ vim.ſ. amoris: ſicut in actibus apl'oꝝ legimus. Erat illis coꝛ vnum ⁊ aīa vna: nō qꝛ multa coꝛpoꝛa vnam habebant aīam: ſꝫ qꝛ vinculo ⁊ igne charitatis ꝯiuncti: vnuꝫ oēs generaliter ſine diſſenſione ſapiebāt. Amicitia ⁊ ꝓſperas res dulcioꝛes eē facit. ⁊ aduerſas ꝯmunione tēperat: leuioꝛeſqꝫ reddit: qꝛ dū in tribulatione amici ꝯſolatio adiungiť: nec frangitur animus nec cadere patiť. Tūc vere amic⁹ amať: ſi nō ꝓ ſe ſꝫ ꝓ deo ameť. Qui ꝟo ꝓ ſe amicū diligit inſipienter eū amplectiť. Multū ī terra dimerſus ē: q carnal'r hoīeꝫ moꝛituꝝ plus diligit q̄ȝ oꝫ. Qui.n. intēperanter amicum amat ꝓ ſe magis illū q̄ȝ ꝓ deo amat. Quantū ḡ bonus eſt q ꝓ deo fratrē diligit: tn̄ ꝑnitioſus q eū ꝓ ſeipſo amplectiť. Plerunqꝫ diligit in alio hō qꝺ odit in ſe: vtpote in infantib⁹. Amamus.n. quādā eoꝝ ignauiā: ⁊ tn̄ odimus: qꝛ ignaui eē nolumus. Sic lapides: equos: ⁊ cetera q̄libet diligimus: ſed tn̄ nolumus hoc eē etiā ſi poſſumus.

Ⅽ De fictis amicis. Cap. XXIX.

FIto ꝑ aduerſa fraudulētus pꝫ amic⁹. Nā in ꝓſperitate īcerta ē amicitia: nec ſciť vtꝝ ꝑſona an felicitas diligať. Sępe ꝑ ſimulationē amicitia coliť: vt q nō potuit aꝑte decipe: decipiat fraudulēter. Tūc qſqꝫ magis fit pietati iuſticięqꝫ diuinę ꝯtrarius: qn̄ deſpicit amicū aliq̄ aduerſitate ꝑcuſſuꝫ. Qua in re ⁊ ſibi occaſionē mercedis tollit: ⁊ erga ꝑcuſſionē ꝓximi crudelis exiſtit: veluti actū ē īter laçaꝝ vlceroſū diuitēqꝫ ſuperbuꝫ. Per aduerſa igiť ⁊ pꝛoſpera cōpꝛobať: ſi vtiqꝫ ꝟe diligať deus ⁊ ꝓxim⁹: qꝛ dū aduerſa ꝓcedūt: amic⁹ fraudulētus detegiť: ſtatimqꝫ deſpicit quē ſe diligere ſimulauit. Amicitia certa nll'a vi excludiť: nullo tꝑe aboleť. Ubicūqꝫ.n. ſe ꝟterit tēpus: ille firma ē. Rari ſunt amici q vſqꝫ in finē exiſtāt chari. Nam multos a charitate aut aduerſitas tꝑis: aut ꝯtētio q̄libet actionis auertit. Sępe ⁊ ꝑ honoꝛes quoꝛundam mutanť ⁊ moꝛes: ⁊ quos ante ꝯglutinatos charitate habuerūt: poſtq̄ȝ ad culmen honoꝛis venerint: amicos habere deſpiciunt.

Ⅽ De amicitia munere oꝛta. Cap. XXX.

INter veros amicos amicitia ex beniuolentia oꝛitur: inter fictos benefico adiungitur. Non ſunt fideles in amicitia quos munus nō gratia copulat. Nam cito deſerunt niſi ſemꝑ acceperint. Dilectio.n. q̄ munere glutinať: eodē ſuſpēſo diſſoluiť. Illa vera ē amicitia q̄ nihil quęrit ex rebus amici niſi ſolam beniuolentiā.ſ. vt gratis amet amanteꝫ. Plerunqꝫ amicitia ex neceſſitate vel indigentia naſciť: vt ſic ꝑ quem quiſqꝫ qꝺ deſiderat ꝯſequať. Ille aūt eam veraciter q̄rit: q nihil agendo eam appetit. Nam illa ex inopia bꝛeuis eſt ⁊ fucata: iſta pura atqꝫ perpetua.

Ⅽ De concoꝛdia maloꝛum. Cap. XXXI.

AMicitia in rebus tm̄ bonis h̄n̄da ē. Nā q ea in malo vtūť: nō ſibi amici ſꝫ inimici exiſtūt. Cōcoꝛdiā maloꝝ ꝯriam eē bonoꝝ. Et ſic̄ optandū ē vt boni pacē hēant īuicē: ſic optāduꝫ ē vt mali īuicē ſint diſcoꝛdes. Unanimitatē q̄ppe maloꝝ bonoꝝ eē ꝯriam Paulus apl'us appꝛobat q malos ꝯtra ſe diuidit: quos ī necē ſuā cōcoꝛdaſſe ꝓſpexit. Inde ⁊ in lege: mare rubꝛū hoc ē ꝯcoꝛdia maloꝝ hoīum diuidiť: vt electoꝝ via tēdēs ad btitudinē n̄ īpediať. Impediťāt iter bonoꝝ ſi mare h̄ ē vnitas nō diuidať iniq̊ꝝ.

Ⅽ De coꝛreptione fraterna. Cap. XXXII.

NOn dꝫ vitia aliena coꝛripere: q adhuc vitioꝝ ꝯtagionibus ſeruit. Impꝛobum ē.n. arguere quęq̄ȝ in alio: qꝺ adhuc depꝛęhēdit in ſemetipſo. Qui veraciter fraternam vult coꝛripere ac ſanare infirmitatem: talem ſe pꝛęſtare fraternę vtilitati ſtudeat: vt eum queꝫ coꝛripere cupit humili coꝛde admoneat: ⁊ hoc faciens ex ꝯpaſſione q̄ſi cōis periculi: ne forte ⁊ ipe ſubyciať tētatiōi. Sicut viri ſpūales alieni pcti emēdationē expectāt: ita ꝓterui ꝺlinq̄ntib⁹ deridēdo īſultāt: ⁊ quātū in ipſis eſt eos inſanabiles putant: nec inclināt coꝛ ad cōpatiendi miſericoꝛdiā: ſꝫ ſuꝑbiētes deteſtātur: atqꝫ blaſphemant. Nōnunq̄ȝ accidit vt intra

amicos aliqua redargutōis enutrita discordia: maiorē postea charitatē parturiat: vtpote dū corrigunt̄ ea q̄ displicere in amico vident̄: ⁊ h̄ qdez p̄mū nō sine quadā emulatione admonitus suscipit: ſ3 correptus postmodū gratias agit. At cōtra multi ꝓ parua lesione vim charitatis rescindunt: ⁊ ab amore dilectionis sese penniter retrahunt. Pleriq3 correptionē suā officiū charitatis existimāt. Pleriq3 vo hoc ip̄m qđ ex charitate corripiunt̄ ad iniurię cōtumeliā trahūt. Un̄ euenit vt ex eo deteriores efficiant̄: ꝑ qđ emēdari obediēdo potuerūt. Salubriter accipiunt iusti quotiēs de suis excessib⁹ arguunt̄. Sup̄flua āt ē humilitas eoꝝ: q se gessisse accusāt q̄ nō admiserūt. Qui vo sine arrogātia bona fcā sua ꝓnūciat: ꝓcul dubio nequaq̄ peccat. Est q̄rundā excusatio puerloꝝ: q duz ꝓ suis facinorib⁹ arguunt̄: vba iustoꝝ ꝓ censura declināda abyciunt. seruātes de diuino iudicio quo puniēdi sūt durius: dū tpaliter ꝯtēnūt iudicari sese ab hoib⁹. Iniqs molesta est veritas ⁊ amara disciplina iustitię: nec delectant̄ nisi placētia ꝓprię imbecillitatis: iniustitię fecūdi ⁊ steriles v̄itati. cęci ad ꝯtuendā lucē: ⁊ oculati ad tenebraꝝ aspiciēdū errorē. Corda reproboꝝ lubrica sunt ad malū ꝯsentiendū ⁊ fluxa: ad bonū vo ꝯsentiendū durissima. Probat Salomon ⁊ iusti emēdationē correpti: ⁊ stulti obstinatōez admoniti dicēs. Doce iustū ⁊ festinabit accipere. De stulto aūt ait. Qui erudit derisorē: ipse sibi facit iniuriā. Nōnullos tātę eē prauitatis hoies: q dū ipsi a malo corrigi negligūt: corripientiū vitā falsa criminatōe detractāt ⁊ ad sui sceleris solatiū vsurpant si vel falso ꝯpererint qđ ad infamiaz bonoꝝ obyciāt: sicut ē illud ex Salomōe. Bona i malū cōuertit impius: ⁊ in electis iponit maculā. Veh autē illi q ⁊ suā renuit vitā corrigere: ⁊ bonoꝝ nō desinit detrahere famę. Pleriq3 mali siles sibi in malū defendunt ⁊ patrocinio suo prauos ꝯtra correptionē bonoꝝ suscipiūt: ne vñ displicēt emendent̄; adycientes in se aliena delicta: vt nō tm̄ de suis malis: sed etiā de aliorum facinoribus puniantur quorum peccata defendunt.

De prepositis ecclesię. Cap. XXXIII.

VIr eccl'iasticus ⁊ crucifigi mūdo ꝑ mortificationē ꝓprię carnis d3: ⁊ dispensationē eccl'iastici ordinis: si ex dei volūtate peruenerit: nolens qdē ſ3 humilis gubernandam suscipiat. Multis intercipit sathanas fraudibus eos q vitę ⁊ sensus vtilitate p̄stantes p̄esse ⁊ ꝓdesse alys nolūt. ⁊ dū eis regimē aiaꝝ iponit̄ renuūt: ꝯsultius arbitrantes ociosam vitā agere q̄ lucris aiaꝝ insistere. Qđ tñ decepti agūt ꝑ argumētū diaboli fallētis eos ꝑ spēm boni: vt dū illos a pastorali officio retrahit: nequaq̄ ꝓficiāt q eoꝝ v̄bis atq3 exēplis istrui poterāt. Sancti viri nequaq̄ occupationū secularium curas appetūt: ſ3 occulto ordine sibi sup ꝑpositas gemūt. Et q̄uis illas ꝑ meliorē intētionē fugiant: tñ ꝑ subditā mentē portāt. Quas qdez sūmope si liceat vitare festināt: ſ3 timētes occultā dispensationē dei suscipiunt qđ refugiūt: exercent qđ vitare noscunt̄. Intrant .n. ad cor ⁊ ibi ꝯsulūt qd velit occulta volūtas dei: seseq3 subditos debere eē sūmis ordinatiōib⁹ cognoscentes humiliant ceruicē cordis iugo diuinę dispensationis.

De indignis prepositis. Cap. XXXIIII.

NOn sunt ꝓmouendi ad regimen ecclesię q adhuc vitys subiacent. Hinc est q̄ p̄ceptum est Dauid nō edificare visibile templū q2 sanguinum vir .i. belli frequētia illi esset. Qua figura illi spiritaliter admonent̄: q vitioꝝ adhuc corruptioni sunt dediti: ne templū edificent: hoc est: eccl'iam docere ne p̄sumant. Non d3 honoris ducatuz suscipere q nescit subis tramite vitę melioris p̄eire. Neq3 .n. q̄sq3 ad hoc tm̄ p̄ficit̄ vt subditoꝝ culpas corrigat ⁊ ipse vitijs seruiat. Qui nō se dignū ad episcopatū existimat locuz eius q dignus ē nō p̄occupet. Nam taz sanctū ē sacerdotij nomen vt nulla vitioꝝ nota maculari se sinat. Grauius .n. cōdemnabit̄ q indignus suscipit qđ nō meret̄. Qui regimē sacerdotij ꝯtendit appetere: ante in se discutiat: si vita honori sit ꝯgrua. Et si nō discrepat hūiliter ad id ad qđ vocat̄ accedat. Reatū qppe culpę geminat: si q̄s q̄ cū culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Heu me miserū inexplicabilib⁹ nodis astrictū. Si .n. susceptū regimē eccl'iastici ordinis retineam criminis ꝯscius timore ꝯcutior: si vo deseram ne deterior sit culpa susceptū grege3 relinq̄re amplius formido: vndiq3 miser metuo: ⁊ in tāto rei discrimine qđ seq̄r ignoro. Uniuscuiusq3 casus tāto maioris ē criminis: q̄to ⁊ p̄us q̄ caderet erat v̄tutis. Precedentiu3 nāq3 magnitudo v̄tutū crescit ad cumulū sequētiu3 delictoꝝ. Pleriq3 sacerdotes suę magis vtilitatis causa q̄ gregis p̄esse desiderant: nec vt ꝓsint p̄sules fieri cupiunt: ſ3 magis vt diuites fiant ⁊ honorent̄. Suscipiūt .n. sublimitatis culmen nō ꝓ pastorali regimine: ſ3 ꝓ solius honoris ambitione: atq3 abiecto ope dignitatis: solā nominis appetunt dignitatē. Dum mali sacerdotes deo ignorāte nō fiant: tñ ignorant̄ a deo: ipso ꝑ ꝓphetam testante. Principes extiterunt. ſ3 nō cognoui: ſ3 hoc nescire dei reprobare est.

De indoctis prepositis. Cap. XXXV.

SIcut iniq ⁊ peccatores ministeriū sacerdotale assequi ꝓhibent̄. ita indocti ⁊ impiti a tali officio retrahunt̄. Illi .n. exēplis suis vitaz bonoru3 corrumpunt: isti vo sua ignauia iniquos corrigere nesciūt. Quo docere poterūt: qđ ipsi nō didicerunt? Desinat locuz docendi suscipere: q nescit docere. Ignorantia qppe presulum: vitę nō cōgruit subiectorum. Cęcus .n. si cęco ducatum prebuerit: ambo in foueam cadunt. Sacerdotes indoctos per Esaiam ꝓphetam dn̄s iprobat dicens. Ipsi inquit pastores ignorabant intelligentiam. Et iterum. Speculatores ceci oēs .i. imperiti episcopi. Nescierunt inquit vniuersi canes muti nō valentes latrare: hoc est plebes commissas nō valētes resistendo malis per verbum doctrinę defendere.

De doctrina ⁊ exemplis prepositoꝝ. Cap. XXXVI.

TAm doctrina q̄ vita clarere d3 eccl'iasticus doctor. Nā doctrina sine vita arrogantē reddit: vita sine doctrina inutilē facit. Sacerdotis p̄dicatio operib⁹ ꝯfirmāda ē: ita vt qđ docet v̄bo: instruat exēplo. Uera ē illa doctrina: quā viuendi seq̄tur forma. Nā nihil turpius ē: q̄ si bonuz qđ q̄sq3 sermone predicat: explere ope negligat. Tunc .n. vtiliter p̄dicatio ꝓfert̄: qñ efficaciter adimplet̄. Unusq̄sq3 p̄dicator ⁊ bonę actiōis: ⁊ bonę p̄dicationis habere d3 studiū: nā alterū sine altero nō facit ꝓfectū: sed p̄cedit iustu3 bene facere vt sequenter bñ possit docere. Ois vtilis doctor plebibus subiectis ita se p̄stare d3 atq3 insistere doctrinę: vt quanto claret verbo: tanto clarescat ⁊ merito. Nam q̄ aplus Timotheo precipit cu3 omni imperio docere: nō hortatur ad tumore3 superbię: sed ad bonā actionem ⁊ vitę auctoritatem. v3. ne libertatem preberet peccādi: si bene doceret ⁊ male viueret. Unde ⁊ dn̄s. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis ⁊ sic docuerit: minimus erit in regno celoꝝ. Uides q̄ auctoritate magisterij caret: qui qđ docet nō facit. Sicut in nūmismate metallu3 figura ⁊ pondus inquirit̄: ita in omni doctore ecclesiastico: quid sequat̄: quid doceat: quo viuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina: per figurā similitudo patrū: per pondus humilitas designatur. Qui vero ab his trib⁹ discrepauerit: non metallum: sed terra erit.

De his

¶ De his q male docēt ⁊ male viuunt. Cap. XXXVII.

Nterdū doctoris vitio ēt ipa vera doctrina vi
lescit:qꝛ duꝫ nō viuit sicut docet:ipsaꝫ quaꝫ ꝑ
dicāt veritatē ꝯtēptibilē facit.Arcus ꝑuersus
ē lingua magistroꝝ docentiū bñ ⁊ viuētiū ma
le.Et iō q̄si ex ꝑuerso arcu sagittā emittūt:dū
suā prauaꝫ vitā ꝓprię linguę ictu cōfodiunt. Qui diuina
p̄dicant ⁊ ex eiusdē p̄dicatiōis dignitate viuere minꝰ cu
rant habētes v̄bū dei in ore ⁊ in oꝑe non hñtes:multa bñ
docētes:nihil aūt oꝑantes:imitant̄ balaam ariolū:q cor
ruēs oꝑe aptos habuit oculos ad ꝯtuendā lucē doctrinę.
Qui bñ docet ⁊ male viuit:tanq̄ȝ es aut cymbalū sonū fa
cit alijs:ipse tñ sibi manet isensualis.Qui bñ docet ⁊ ma
le viuit:ꝙ docet bñ viuētibꝰ ꝓficit:ꝙ v̄o male viuit seipꝫ
occidit:sicut sacerdos q si digne agit vt sacerdoteꝫ decet:
ministeriū eiꝰ ⁊ ipsi ⁊ alijs vtile ē.Indigne āt viuēs alijs
q̄dē vtilis ē loquēdo: se aūt interficit praue viuendo:ac ꝑ
hoc qđ in illo mortuū est ꝓpriū eiꝰ est: qđ v̄o viuit in eo.i.
sacrū ministeriū alienum est.Qui bñ docet ⁊ male viuit:
equat̄ cereo:q bonā q̄dē alijs lucē p̄stare.se v̄o in malis su
is ꝯsumere videt̄ atqꝫ extinguere.Qui bñ docet ⁊ male
viuit:videt̄ bonū malo cōiūgere: luceꝫ tenebris cōmisce
re veritatem mendacio mutare.

¶ De exemplis prauoꝝ sacerdotū. Cap. XXXVIII.

Epe ꝑ quos iustitia docet̄:ꝑ ipos peccati mor
bus irrepit:⁊ mors ad plebes pertransit.s.vel
dum mala docent:vel duꝫ praua faciūt.Ple
riqꝫ sacerdotes ⁊ clerici praue viuētes forma
ceteris in malū existunt:q in bonis exēplum
esse debuerunt. Hi.n.quoscūqꝫ exemplo malę ꝯuersatio
nis suę ꝑdunt:de illis rōneꝫ sine dubio reddituri sunt.Ex
carnaliuꝫ p̄positoꝝ exemplo plerūqꝫ fit vita deterior sub
ditoꝝ:⁊ plebis merito fiunt tales sacerdotes:q exēplo de
teriore populū destruant non ędificent.Ex merito.n.ple
bis nōnunq̄ȝ episcopi deprauant̄: q̄tenus ꝓcliuius corru
ant q sequunt̄.Capite languēte cetera corporis mēbra in
ficiuntur.Uñ ⁊ scriptū ē.Omne caput languidū ⁊ oē cor
męrens:a plāta pedis vsqꝫ ad verticē nō est ī eo sanitas.
Caput.n.languidū ē doctor agens peccatum: cuius malū
ad corpus ꝑuenit:dum eo vel peccante vel praue docente
pestifer languor ad plebes subditas trāsit.Deteriores sūt
q sine doctrinis seu exemplis vitā moresqꝫ bonoꝝ corrū
punt his:q substātias alioꝝ p̄diaqꝫ diripiunt:hi.n.ea q̄ ex
tra nos sunt sꝫ tñ nostra auferunt:corruptores v̄o moruꝫ
ꝓprie nosipsos dirspiunt qm̄ diuitię iustorū mores eorum
sunt.Multum ḡ distant damna moruꝫ a damnis tēpora
lium rerum:dum ista extra nos sunt: mores v̄o in nobis.

¶ De prępositis carnalibus. Cap. XXXIX.

Rouidentia plerunqꝫ diuini cōsilij ordinant̄
p̄positi mūdana ⁊ exteriora sectantes: vt dum
tꝑalibus rebus se totos ipendunt spiritales tu
tiorē vitā ꝯtēplatiōis exerceant.Qꝛ durę sunt
q̄ete viuere volentiū sarcinę curaruꝫ episcopa
liuꝫ:ꝓuidet sępe deus curis deditos secularibus ad susce
ptionem regiminis: vt dum hi exteriora sine tędio procu
rant:spiritales rebus interioribus sine ipedimento reruꝫ
terrenarū deseruiant.Dei ḡ ordinationeꝫ accusant a quo
instituuntur qui episcopos cōdēnant.duꝫ minus spiritua
lia:sed magis terrena sectant̄.Ex diuini.n.tabernaculi di
spositiōe ob iniurias mūdi ferēdas ⁊ turbines quosdā in
stitui episcopos secularibus curis isistētes:vt hi q interius
sup̄na desiderāt nullo terreno obsistēte negocio liberiꝰ h
qđ amant intēdant. Nō ē itaqꝫ iudicādus a plebe rector
inordinatus:dū magis nouerint populi sui fuisse meriti ꝑ
uersi regimē suscepisse pōtificis.Nam ꝓ meritis plebiuꝫ
disponit̄ a deo vita rectorū.Exēplo Dauid peccant ad cō
paratione p̄ncipū: q ex merito plebis p̄uaricant̄.Senten
tia dāant̄ cham filij Noe:q suoꝝ p̄positoꝝ culpas in pu
blico ꝓdunt:sicut cham q patris pudenda nō operuit sed
deridēdo mōstrauit.Habituri sūt sem meritū ⁊ iaphet h
q reuerēter operiunt q̄ patres suos excessisse cognoscunt:
si tñ patrū facta nō diligāt:sꝫ tm̄ operiant nec imitentur.
Nā sunt q p̄positos suos peruerse iudicāt:dū terrenis stu
dijs eos plus viderint esse intētos si vel parū iā ipsi de spi
ritalibꝰ cogitauerint.Rectores ḡ a deo iudicādi sunt:a su
is aūt subditis nequaq̄ȝ iudicādi sūt:exēplo dñi:q ꝑ se vē
dentes colūbas ⁊ nūmulariorūꝫ mēsas ꝓprio euertit fla
gello ⁊ ꝓiecit a tēplo:vel ēt sicut dicit psalmista.Deus ste
tit in synagoga deoꝝ:in medio āt deus discernit.Qꝛ si a fi
de exorbitauerit rector:tūc erit arguēdꝰ a subditis:ꝓ mo
ribus v̄o reprobis tolerādꝰ magis q̄ȝ distrigēdꝰ a plebe ē.

¶ De iracundis doctoribus. Cap. XL.

Racundi doctores ꝑ rabiē furoris disciplinę
modū ad īmanitatē crudelitatis cōuertunt:⁊
vnde emendare subditos poterant:inde poti
us vulnerant.Ideo sine mensura vlcisc̄it cul
pas p̄positus iracundus:qꝛ cor eius dispersuꝫ
in rerū curis nō colligit̄ in amorē vnius deitatis.Mens
.n.solita in diuersis:cathena charitatis nō astringitur:sed
male laxata male ad omnem occasionem mouet̄.

¶ De superbis doctoribus. Cap. XLI.

Onus doctor ⁊ in humilitate seruat disciplinā:
⁊ per disciplinam non incurrit superbiam.Ela
ti autē pastores plebes tirrannice p̄munt.non
regunt:quiqꝫ non dei sꝫ suā gloriam a subditis
exigunt.Multi sunt qui in verbo doctrinę nō
humiles sed arrogantes existunt:qui ⁊ ipsa recta que pre
dicant nō studio correctionis sꝫ vitio elationis annunci
ant.Multi sunt qui nō ex cōsultu edificādi:sed ex tumo
re superbiendi docent.nec vt prosint sapientes sunt:sꝫ vt
sapientes videant̄ docere student.Estimatio praua arro
gantiū sacerdotū ꝑ quā imitant̄ sanctos rigore disciplinę
⁊ sequi negligunt charitatis affectione: videri volunt ri
gida seueritate:sed formaꝫ humilitatis p̄stare nequeunt:
vt magis terribiles q̄ȝ mites aspiciantur.Superbi docto
res vulnerare potius q̄ȝ emendare nouerūt salomone te
stante:q ait.In ore stulti virga sup̄bię.qꝛ increpando rigi
de feriūt:⁊ cōpati humiliter nesciunt.Bene alieni pecca
ti curāda vitia suscipit: qui hoc ex cordis dilectione ⁊ hu
mili cōscientia facit.Ceterū qui delinquēteꝫ superbo vel
odioso animo corripit:nō emendat sed percutit.Quicq̄d
enim proteruus vel indignātis animus protulerit:obiur
gantis furor est:non dilectio corrigentis.

¶ De humilitate pręposit orum. Cap. XLII.

Ui pręficitur ad regimen : taliter erga disci
plinam subiectorum prestare se debet.vt nō
solum auctoritate:verū etiaꝫ humilitate cla
rescat.Sed tñ ita erit in eo v̄tus humilitatis:
ne dissoluatur vita subditoruꝫ in vitijs:atqꝫ
ita auctoritas aderit potestatis:ne per tumorem cordis se
ueritas existat immoderationis.Hec est eniꝫ in dei sacer
dotibus vera discretio qua nec per libertatē superbi:nec
per humilitatem remissi sint.Hinc est ꝙ sancti cum ma
gna constantia redarguerunt etiam principum vitia in q
bus cum summa esset humilitas:loco tamen necessario
libere transgressores iustitię increpabant. Aliquādo etiā
subditis nos oportet animo esse humiliores.quoniam fa
cta subditorum iudicantur a nobis. nostra vero deus iu
dicat.Agnoscat episcopus se esse conseruuꝫ plebis nō do
minum:verum hoc charitas non conditio exigit.

¶ De doctrine discretione. Cap. XLIII.

NOn oībus vna eadēqꝫ doctrina est adhibēda: sed pro qualitate moꝝ diuersa exhortatio erit doctoꝝ. Naꝫ quosdā increpatio dura: quosdaꝫ vero exhortatio corrigit blāda. sicut periti medici ad varios corporis morbos diuerso medicamine seruiunt: ita vt iuxta vulnerum varietates medicina diuersa sit: sic ⁊ doctor eccl'ie singulis qbusqꝫ hoībus cōgruū doctrine remediū adhibebit: ⁊ qd cuiqꝫ oporteat pro etate. p sexu ac ꝓfessione annunciabit. Nō oībus ea q̄ sunt clausa aperienda sunt. Multi sunt. n. q capere nō pñt qbus si indiscrete manifestent̄ statim aut detrahunt aut negligūt. Prima qppe prudētie v̄tus ē eam quā docere oporteat existimare ꝑsonaꝫ. Rudibus populis seu carnalibus plana atqꝫ cōia: non sūma atqꝫ ardua p̄dicanda sunt: ne imensitate doctrine opprimant̄ potius q̄ꝫ erudiantur. Unū ⁊ Paulus apostolus ait. Nō potui vobis loq q̄si spiritalibꝰ: sꝫ q̄si carnalibus: tāq̄ꝫ puulis in christo lac vobis potū dedi nō escā. Carnalibus qppe animis: nec alta nimis de celestibꝰ nec terrena cōuenit p̄dicare: sꝫ mediocriter: vt initia eoꝝ moresqꝫ desiderant edoceri. Coruus dū suos pullos viderit albi coloris nullis eos cibis alit: sꝫ tātundē attēdit donec paterno colore nigrescāt: ⁊ sic illos frequēti cibo reficit. Ita ⁊ eccl'ie doctor strenuus nisi eos quos docet viderit ad suā similitudineꝫ penitētie ꝯfessione nigrescere: ⁊ nitore seculi deposito lamentationis habitum de peccati recordatione induere vtpote adhuc exterioribus: hoc ē carnalibus: nō aperit intelligētie spiritalis ꝓfundiora mysteria: ne dum audita nō capiūt: prius incipiant cōtemnere q̄ꝫ venerari mandata celestia. Aliter est agendū erga eos q nostro ꝯmittunt̄ regimini si offendūt: atqꝫ aliter cū his q nobis ꝯmissi nō sunt: q si iusti sunt venerandi sunt: si v̄o delinquunt pro sola charitate vt locus est corripiendi sunt: nō tñ cum ea seueritate sicut hi q nobis regendi cōmissi sunt. Prius docēdi sunt seniores plebis: vt per eos infra positi facilius doceātur. Unde ⁊ apostolus hec inqt. Cōmendo hoībꝰ fidelibus q idonei sunt ⁊ alios docere. Ingeniū boni doctoris ē incipere a laudibꝰ eoꝝ quos salubriter obiurgatos corrigere cupit: sicut apostolus ad corinthios facit: quos a laudibus inchoat ⁊ increpationibus probat. Sed erant apud corinthios q ⁊ laude ⁊ increpatione digni essent: ille v̄o indiscrete loqtur: q sic vtraqꝫ oībus loqtur vt oībus vtraqꝫ conuenire videant̄.

¶ De silentio doctorum. Cap. XLIIII.

PRo malo merito plebis aufertur doctrina p̄dicationis. Pro bono merito audiētis tribuitur sermo doctoris. In potestate diuina consistit cui velit deus doctrine verbum dare vel cui auferre. ⁊ hoc aut pro dicentis aut pro audientis fit merito. vt mō pro culpa plebis auferat̄ sermo doctoris: modo vero pro vtilibus meritis tribuatur. Naꝫ ⁊ bonus docet bonum: ⁊ malus malum: ⁊ bonus malum: ⁊ malus bonum: qd̄ tñ fit iuxta meritum populorū. Non oīa tēpora congruunt doctrine ſm salomonis sententiaꝫ dicentis. Tēpus tacendi ⁊ tēpus loquēdi. Non qdem per tumorē sed per discretionē ꝓpter malorum incorrigibilē iniquitatem: nonnunq̄ꝫ electos opꝫ a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesie calore charitatis ardētes cōticescunt a docendo: qꝛ nō est qui audiat testante propheta q ait. Ciuitates austri clause sunt ⁊ nō ē qui aperiat. Qui docendi accepit officiū: interdū ad tēpus facta proximi taceat: que statiꝫ corrigere nequaq̄ꝫ existimat. Nā si corrigere potest ⁊ dissimulat: verū est ꝙ cōsensum alieni erroris habeat. Pleriqꝫ sancti doctores ꝓ mali ꝑtinacia: qꝛ iniquos emendare nequeūt. his tacere disponūt: sed calorem spiritus feruoris quo aguntur ferre non sustinentes: iterum in increpationem prosiliunt iniquorum.

¶ De p̄bēda sacerdotali ꝓtectiōe in plebe. Cap. XLV.

